


PA
3978
L64



DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XV PARS 4

DVA STUDIA EURIPIDEA

SCRIPST

RICHARDUS LOHMANN

HALIS SAXONUM


MAX NIEMEY

MDCCCXV


- Dissertationes philologicae Halenses cum praefatione Henrici Keili**
 Vol. I—XVI, pars I/II. 1873—1903. 8. *N.* 132,6
- Vol. I. 1873. IV, 334 S. *N.* 6,—
 Inhalt: M. Klëemann, Reliquiarum dialecti creticae pars
 glossae creticae cum commentariolo de universa creticae dialec
 indole. — G. O. Gutsche, Quaestiones de Homericò hymno i
 Cererem. — E. Walter, De Taciti studiis rhetoricis. — W. C
 Friedel, De sophistarum studiis Homericis. — E. Schinck, D
 interiectionum epiphonematumque vi atque usu apud Aristophanem
 — R. Kohlmann, De verbi graeci temporibus. — K. Zacher
 De prioris nominum compositorum graecorum partis formatione.
- Vol. II. 1876. 305 S. *N.* 5,—
 Inhalt: Ad. Weingärtner, De Horatio Lucretii imitatore. —
 G. Votsch, Quaestiones de infinitivi usu Plautino. — Jo. Schmidt
 De Herodotea quae fertur vita Homeri. — Aem. Doberentz, D
 scholiis in Thucydidem. — E. Matthias, de scholiis in Juvenalem
- Vol. III. pars I. 1877. Pag. 1—280. *N.* 6,—
 Inhalt: Konradus Zacher, De nominibus graecis in *αιος, αια, αιος*
- — pars II. 1878. Pag. 281—319. *N.* 1,—
 Inhalt: Aemilius Neidhardt, De Euripide poetarum maxim
 tragico.
- Vol. IV. pars I. 1877. Pag. 1—110. *N.* 2,4
 Inhalt: Richardus Hendess, Oracula graeca quae apud scrip
 tores graecos romanosque exstant, collegit paucasque observatione
 selectas praemisit.
- — pars II. 1880. Pag. 111—434. *N.* 6,6
 Inhalt: B. Huebner, De temporum qua Aeschylus utitur pra
 sentis praecipue et aoristi varietate. — Franciscus Voelker, I
 Graecorum fabularum actoribus. — E. Lange, Quid cum d
 ingenio et litteris tum de poetis Graecorum Cicero senserit.
 J. Segebade, Observationes grammaticae et criticae in Petronium
 — L. Hollaender, De militum coloniis ab Augusto in Italia d
 ductis. — H. Karbe, De centurionibus Romanorum quaestione
 epigraphicae.
- Vol. V. pars I. 1878. VII u. Pag. 1—132. *N.* 4,—
 Inhalt: J. Schmidt, De seviris Augustalibus. Adjecta est tabu
- — pars II. 1883. Pag. 133—364. *N.* 4,—
 Inhalt: M. Baege, De Ptolemaeo Ascalonita. — Henric
 Jungblut, Quaestionum de paroemiographis pars prior: De
 nobio. — H. Koob, De mutis quae vocantur personis in Gr
 corum tragoediis. — R. Zimmermann, Quibus auctoribus Stra
 in libro tertio geographicorum conscribendo usus sit, quae
 Pars prior.
- Vol. VI. pars I. 1885. Pag. 1—232. *N.* 6,—
 Inhalt: C. Roos, De Theodoretò Clementis et Eusebii comp
 tore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — H. Karbau
 De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constitue
 lectione Ciceronis orationum in Verrem. — E. Th. Schulze,
 Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem
 em pertinentibus.
1886. Pag. 233—478. *N.* 4,—
 Oscarus Hauschild, De sermonis proprietatibus, q
 Ciceronis orationibus inveniuntur. — Theodo
 rei et Thyestae fabula.

RICHARDUS LOHMANN:

NOVA STUDIA EURIPIDEA.

A faint, circular library stamp is visible in the center of the page, below the title. The text within the stamp is mostly illegible but appears to include "LIBRARY" and "UNIVERSITY OF TORONTO".

PA
3978
L64



DISSERTATIONES
PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XV

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MDCCCXV

INDEX DISSERTATIONUM.

	pag.
Lippelt, E., Quae fuerint Justini Martyris <i>ἀπομνημονεύματα</i> quaque ratione cum forma evangeliorum syrolatina cohaeserint	1
Trueber, H., De hymno in Venerem Homericō	105
Ebeling, R., De tragicorum poetarum Graecorum canticis solutis	185
Lohmann, R., Nova studia Euripidea	305

Conspectus.

	pag.
I. De canticis astrophicis	2
§ 1. De canticis iambicis	8
§ 2. De canticis Aeolicis	34
§ 3. De canticis dochmiacis	53
II. De trimetris iambicis inter partes lyricas insertis	106
§ 1. De trimetris, qui sunt in chori stasimis	109
§ 2. Conspectus eorum locorum, quibus trimetri sine dubio dialogo sunt tribuendi	117
§ 3. Qui cantati sint in canticis alternis et astrophicis tri- metri	119
§ 4. Quos pronuntiaverint histriones trimetros	130
III. De versibus dochmiacis	148
§ 1. De versibus creticis in canticis dochmiacis	150
§ 2. De versibus iambicis in canticis dochmiacis	153
§ 3. De dochmio catalectico	154
§ 4. De dochmio pleno	156

Non composita sunt haec studia consilio ante constituto; nihil mihi proposui, quod demonstrarem; ubicumque observabam, quae observanda mihi videbantur, nesciebam, ad quem perventurus essem exitum, atque adeo nullum omnino imponi exitum studiis aliquot sero nonnumquam intellegebam. Philologorum neque ira neque gratia tenebar, cum eius fabulas, qui omnium Graecorum carissimus mihi est poeta, iterum atque iterum legerem. Neque aliud quicquam perspicere volui nisi carminum venustatem, vim tragicam poeticamque, dicendi videres. Tamen mox innumeras esse quaestiones nondum persolutas, difficultates non explicatas cognovi atque multas sensi abditas esse adhuc elegantias, quas nemo animadvertit, nemo indicavit. Atque cum quae ipse observaveram, notare, similia conferrem, paulatim haec studia enascebantur. Nonnullas spero novas res me esse ostenturum, nonnumquam plane novam ausus sum ingredi viam in tollendis difficultatibus, plurima difficiliora erant tironi, quam ut certum inveniret exitum. Attamen non verebor indicare, quae sint difficultates, neque inanem ducam operam, si philologorum animos ad ea convertero, quae hucusque haud satis nota videntur esse.

Subtiles, exiguas, leves nonnemini haud ignoro visuras esse quaestiones. Sed ut in rebus gestis sic in litterarum studiis e parvis rebus magnae exoriuntur. Neque umquam me puto obliturum esse ostendere, quae philologis utilitatem praebeant, quae necesse sit teneamus in recensendis fabulis.

De canticis maxime acturus sum, quae adhuc non adeo sint sanata et restituta, ut sine salebris fluant ei, qui attente legit. Atque id imprimis spectare nos oportet, ne nimiis corruptelis impediatur, quominus carminibus tam puleris recte delectemur. Quam ad rem etiam has puto disputationes adiuturas esse. Quibus si plura docebantur, si nonnullis locis, quibus venustates sunt nondum observatae, efficiam, ut Euripidis ingenium clarius perspiciatur, officium illustrissimo illi poetae laetabor me praestitisse.

I.

De canticis astrophicis.

Graecos admiramur poetas summa arte composuisse cantica metris tam variis, quae non quadrant ad linguam, qua nos utimur quamvis formis copiosa, quae ne Klopstockii quidem poesi Germanae potuerunt reconciliare; Graecam admiramur linguam abundare formis metrisque tam mollibus et puleris, quae, etsi varia, tamen tantopere cohaereant alterum cum altero, ut vates ex multis reddere possit unum carmen.


Philologorum est non satis habere ea legendo percipere, sed exquirere, quae sint causae, quae res id efficiant altera accedente ad alteram. Neque vero discernimus opus arte poetica perfectum, sed vias sequimur abditas vulgo quibus progreditur poeta in componendo carmine, sicut qui figlina quomodo exerceatur, discere vult, non solum ollas aspicit confectas, sed in ipsas intrat officinas. Atque nobis, quod quam egregia sit et lingua Graeca et poetarum ars, eo modo perspicimus, res metrica non debet esse instrumentum quasi molestum, sed studium sacrum, quippe quo penetremus in ipsa adyta ingenii Graeci.

Euripidis carmina perquisiturus sum, neque vero ea, quae sola explicari solent — magna chori cantica, quibus alterum episodium dividitur ab altero —, sed ea, quae valde neglecta sunt, quae, quamquam haec quoque pulcherrima sunt, nemo adhuc satis accurate exploravit, cum leges, quibus componantur, ignotae sint. Cantica astrophica dico, i. e. ea, quae responsione antistrophica non continentur, sed inordinate atque incondite, negligenter fere videntur composita esse. In quibus tamen certas inesse compositionis leges conabor demonstrare, quae haud multum distant a reliquorum. Nam pro remotis partibus ei versus inter se respondent, qui finitimi, proximi sunt. Quae lex


viros doctos non plane fugit, etsi nemo eam plene perspexit aut animos eorum, qui carmina legunt, eo advertit. Nam saepe accidit, ut editores librorum lectionem mutant, immo versus transponant, ut alterius versus metrum alteri assimilent, versus similes seu pares propius admoveant. Omnem autem legem ut certam perspexisse et quae sit, demonstrasse Blassii est praeclarum meritum. Qui in libro, qui inscribitur „Die Rhythmen der attischen Kunstprosa“, p. 26 nonnulla poetarum tragicorum carmina optime illustravit et quomodo soleant componi, demonstravit.¹⁾ Miramur, quod res tam perspicua et ipsi arti poeticae innata non prius observata est. Nam omnium gentium poetae, cum omittunt accuratam strophicam rationem, eas regulas sequuntur, quibus versus similes et pares ita componuntur, ut harmonia quaedam eveniat et elegantia. Nemo sanus omnia metrorum genera permiscuit nec permiscet et carmen asseverat se confecisse; nemo plurimas fere partium astrophicarum, ut editores eas solent dirimere, carmina audeat vocare.

Priusquam ipsa Euripidis cantica tractemus, nonnullos nostrae linguae locos afferam, quibus quae sit res dilucide appareat. Neque vero tam simplex est vernacula lingua quam Graeca, cum syllabae ancipites saepius dubitationem moveant, syllabae breves, utrum semel an bis ponantur, in poetae arbitrio positum sit. Tamen omnia eodem modo se habent, quo Graeca carmina soluta, ut Goethii carmen, quod inscribitur „Wanderers Sturmlied“ ab his versibus incipit:


¹⁾ Nuper Ebelingius dissertationem edidit „de tragicorum poetarum Graec. canticis solutis“ (Diss. phil. Hal. Vol. XV, pars 3), quae, cum conscripsissem haec studia, nondum typis erat descripta atque etiam in recognoscendis his quaestionibus vix ullo loco fructui mihi erat. Nam auctor nusquam fere explicat, quo modo critica ratione exquisiverit verba libris tradita et virorum doctorum coniecturas, quibus causis aut retinuerit aut mutaverit codicum lectiones. Quare nullo loco commotus sum, ut eum secutus mutarem canticorum verba, quae ego semper fere a codicum lectione progressus conatus sum restituere. Quae cum ita sint, permultis locis et in verbis restituendis et in numeris perscribendis necesse est dissentiam ab Ebelingio (pauca in adn. addidi). Quem imprimis fugit dochmiorum singulas formas optime inter se respondere. — Tamen vehementer gaudeo, quod summa utriusque quaestionis eadem est.




Est canticum ex eis, in quibus non verborum clausulae inter se consonant, sed omnis componendi ars in numeris posita est. Quare id optime cum Graecorum carminum ratione confertur, imprimis quod simplicissimum praebet metrorum concentum. — Idem metrum habent versus primus et quartus, medii arte coniuncti sunt, item ultimos versus apparet constare ex duabus partibus, quae singulae similibus numeris compositae sunt. Videmus igitur syllabarum congeriem ea re numerorum speciem praebere, quod eadem metra iterata sunt, quod suaviter ad aures accedit aequitas versuum, qui non nimis alius ab alio remoti sunt. Nullo modo carmen fecisset, qui singulos versus semel posuisset, ut




Neque vero tam simplex res esse debet; etiam artificiosius componuntur versus, ut non proximi inter se respondeant, sed alius generis versus, priusquam iidem aut similes redeunt numeri, inserantur, qui iidem inter se aliquo modo respondent. Nam conferantur strophae, quae sequuntur:





Claram videmus esse legem compositionis; neque vero ulla regula, in qua nihil excipiatur. Exigui versus singillatim positi sunt, qui tamen non interrumpunt aequabilem fluxum, sed traducunt a paribus ad paria.

Cum unum exemplum nullum sit, etiam alterum Goethii carmen apponam. „Prometheum“, quem admodum liberius videmus compositum esse, hoc modo perscribam:



1) Sic etiam apud Euripidem ithyphallicus solutus periodos solet terminari.

Iam supra dixi nonnullis locis regulam consilio quodam neglegi. Quibus in partibus quas causas habuerit poeta, erit exquirendum.

Summum autem est quod etiam in hac dissertatione possumus sentire, quasi nostris ipsorum videre oculis, quomodo adolescat poeta, quae novae res animum eius commoveant, ut tragoediae veteris artem hic studeat emendare et excolere, illic pristinas contemnat leges, quippe quae animo eius impatienti alieni arbitrii non iam videantur tolerabiles. Cognoscimus, ut artis musicae gratia pristina tollatur abeatque simplicitas et sinceritas, ut dithyramborum ars, quam Blassius (l. c.) tam recte illustravit, quam nunc etiam Timothei ipsa fragmenta ostendunt, invadat in tragoediam, ut sensim et pedetentim liberius componantur cantica, veterum aequabilitas quamvis non pereat, tamen deminuat. De his rebus postea. —

Ex ipsa re sequitur, ut versibus, qui ex iisdem compositi sunt elementis, per se insit congruentia: iambicus dimetrus semper in duos monometros dividi potest, ut altera pars alteri respondeat. Sic imprimis anapaesti haud raro componuntur neque certa ratione quisquam audeat dirimere versus, praesertim cum constet poetas ipsos cola non separatim scripsisse. Singula metra respondent, hoc satis est. Tamen poeta saepius etiam accuratius voluit metra respondere, cum syllabae productae, solutae, suppressae eadem sint. Maxime id in carminibus dochmiacis perspicuum est, quae summa composita sunt arte neque tam incondite, quam editores putarunt.

Nonnunquam etiam carmina strophica (imprimis monodias et sim., quae prope accedunt ad solutorum rationem) pertractabimus; neque enim solum in canticis solutis componendis poetae illas leges secuti sunt, sed paulatim eae etiam in alias partes irrepserunt — eo frequentius, quo artificiosius componuntur carmina. Quam rem Wilamowitzius optime illustravit in *Here. II*², p. 82 sq. et 166, etsi illam concinnitatem ex canticis astrophicis fluxisse eum fugit, cum eorum compositionem non perspexisset. —

Fieri non potest, ut singulas deinceps fabulas pertractemus, cum sic non omnia sub unum aspectum subiceremus, sed similia et coniuncta dirimeremus. Immo metrorum genus sequamur, de iisdem metris coniunctim disseramus. Non ignoro haud facile

cantica eo modo dividi, sed apud ipsum Euripidem in omni fere parte lyrica singula metra adeo sunt cumulata, ut totum carmen ex iis possimus nominare. In illis videlicet dissertationis partibus, quibus de eodem metrorum genere disputamus, fabularum actarum tempora sequamur, quae in universum ex Wilamowitzii disputatione certa sunt.

§ 1.

Incipiamus igitur a carminibus iambicis, in quibus supra diximus distinguendum esse, utrum metra respondeant an singulae syllabae. Utriusque enim formae exempla apud Euripidem inveniuntur.

Primum quod reperimus canticum iambicum solutum est in Med. v. 204 sqq. Quod in Alcestride nullum exstat exemplum, is non mirabitur, qui Alcestridis fabulam ut satyricam sciat longas partes astrophicas non continere nisi difficillimam cantiunculam, inde a. v. 266 (de qua postea), scil. praeter anapaestos saepius insertos, quibus in veteribus tragoediis poetae spatium dare solent multo maius quam in recentioribus. Quare quomodo Euripides illis temporibus carmina soluta composuerit, ex una Alcestride non audeo diiudicare, cum eam iam dixerim non posse nos metiri una pertica cum reliquis. Quae cum ita se habeant, non regredimur in cognoscenda poetae arte ultra Medeam, i. e. ultra annum 431., aut priorem Hippolytum non multo ante doctum, quod quidem ex fabula tradita, quae fuerit pristina forma, coniciamus.

Med. 204. Medeae versus, de quibus primis disputamus, finem faciunt parodo, si quidem parodum licet vocare canticum illud, quod alternis dicunt Medea, chorus, nutrix, quo insolita ratione prologum coniunxit poeta cum primo episodio. Totum carmen in universum ex anapaestis constat, chori verbis nonnulla metra Aeolica, vel etiam iambica inserta sunt. Epodi versus 204 sqq. falsissime solent dirimi ab editoribus. Suaviter enim metra decurrunt, dummodo hac ratione versus seiungamus:

ἰαχὰν αἶον πολύστονον

205. *γῶων λιγυρὰ δ' ἄχα μογερὰ*

βοᾷ τὸν ἐν λέχει προδόταν κακόννυμφον

- θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα παθοῦ —
 σα¹⁾ Ζηρὸς ὀρχίαν Θέμιν, ἅ τιν ἔβασεν
 210. Ἑλλάδ' ἐς ἀντίπορον
 δι' ἄλα μίχιον ἐφ' ἀλμυρὰν
 πόντου κλιθ' ἀπέραντον.

i. e.:

205. $\cup\text{---}|\text{---}\cup\text{---}|\cup\text{---}\cup\text{---}$
 $\cup\text{---}\cup\text{---}|\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$
 $\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$
 $\cup\text{---}\cup\text{---}|\cup\text{---}\cup\text{---}$
 $\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$
 210. $\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$
 $\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}|\cup\text{---}\cup\text{---}$
 $\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$

Incipit igitur epodus a trimetro iambico, qui non habet, cui respondeat, ut saepius et in initio et in fine fit. Reliqui versus perspicuam habent responsionem: enhoplus et brevis versus anapaesticus bis positi sunt, dimetrus iambicus ter iteratus. In ipsis tamen metris iambicis accuratiorem desideramus responsionem, cum ad arbitrium syllabae longae videantur solutae esse.

Sentimus, quantum addidicerit poeta, cum ex hac compositione progrediamur ad Supplicum iambos artificiose confectos. Priusquam cantica soluta, quae sunt sub finem, pertractemus, duos velim respiciamus chori cantus, qui non minus bene ostendant, quanta elegantia poeta illis temporibus usus sit in componendis carminibus.

Suppl. 71. Imprimis tertia parodi Ionicae strophæ iambica curae mihi est, cum tota strophæ adhuc nondum sanata in diem fere ab editoribus magis etiam mutiletur atque corrumpatur, qui etsi quale sit metrum ipsi ignorent, tamen ad id metrum perturbatum etiam alteram stropham redigant. Sic in versu altero ipsius strophæ metrum optime decurrit:

- $\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}|\text{---}\cup\text{---}|\cup\text{---}\cup\text{---}$,
 antistrophi metrum quod sit, nemo intellegit:
 $\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$

¹⁾ Articulum τάν Brunckius recte deleuit.

Quod tamen etiam in stropha restituitur:

διάδοχος ἀχοῦσι(ν) προ[σ]πόλων χέρας.

Hermannus autem emendandi quidem viam iamdudum indicavit. Nam quis est metrorum peritus, quin intellegat corruptelam inesse in vocabulo ἀλιβάτου? Hermanni coniectura ἀλιβρόχου quamvis non certa numeros bene restituit. Iterum mendum nondum sublatum est in vv. 76 sq. Inepte enim dicit chorus: „Per genam unguem album cruentate et cutem sanguineam.“ Sensu flagitatur ὄνυχι λευκόν, cum illud φόνιον praedicative debeat positum esse: „Cruentate ungue cutem albam, ut sanguine manet!“ Sic optime particula τε deleta sensus restituitur. Sed metrum cum nondum recte fluat, Kirchhoffius interiectionem ξξ in antistropho suppletam esse ab homine „metrico“ bene cognovit. (De eiusmodi supplementis cf. imprimis Alc. 213. 226) Quare post φόνιον et πάθος lacunae statuendae sunt:

~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~

Subtili elegantia carmen compositum esse ex hoc numerorum cursu apparet:

~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~  
 ~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~  
 {~~~~~|~~~~~  
 {~~~~~|~~~~~  
 75. {~~~~~|~~~~~  
 ~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~  
 ~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~

Numeris allicimur, ut etiam versum paenultimum dividamus:

~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~  
 ~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~(?)

ut discindere solent editores hos versus. Tamen eo modo meris iambis trochaeorum species conciliatur, quod in carmine iambico, nisi causis gravissimis, fieri vix potest.

Suppl. 616. Alterum, de quo breviter agam, carmen est Suppl. v. 616 sqq., quod optime traditum est. Nihil fere mutandum, iam de lectionibus non certatur. Tamen miram quandam congruentiam, quae efficitur metrorum numeris, nemo, ni fallor, adhuc observavit. Incipit enim alterum hemichorium a sex metris iambicis (quartum per anaclasin inflexum), finem autem

facit alterum eodem metrorum numero, media sunt novem metra. Subtilis est aequitas, tamen sine dubio non fortuita, modis magis etiam expressa. Alia consona, quippe quae suaviter accedant ad aures, eum qui attente legat versus, non effugiunt, ut primae ultimaeque periodi fines:

$\overbrace{\theta\epsilon\tilde{\alpha}\varsigma} \ \acute{\upsilon}\delta\omega\rho \ \lambda\iota\pi\omicron\upsilon\sigma\alpha\iota =$   
 $\tau\tilde{\alpha}\sigma\delta\epsilon \ \gamma\tilde{\alpha}\varsigma \ \acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\kappa\tau\alpha,$

seu v. 622 sq.:

---|---  
 ---|---

ant. v. 630 sq.:

---|---  
 ---|---

seu etiam solutae primae theses in v. 623 sq.:

---|---|---

Talia qui observat, multo magis etiam admiratur poetae artem qua carmina sic congruentia et pulchra composuerit.

Suppl. 824. Iam redeamus in ipsam viam. Nullam respon- sionem strophicam habet epodus cantici iambici a v. 824. Qui sit sententiarum ordo, facile cognoscitur, lectio non praebet diffi- cultates. Singula cola et personarum vicissitudine et concentu necessitate quadam dividuntur.

|      |      |                                 |
|------|------|---------------------------------|
|      | Adr. | ~~~~ ~~~~                       |
| 825. |      | - ~-  ~- - [ ~- ] <sup>1)</sup> |
|      | Ch.  | ~~~~ ~~~~ ~~~~                  |
|      |      | ~ - ~- ~~~~                     |
|      | Adr. | ~ - ~-  - -                     |
| 830. |      | { ~~~~~ ~~~~                    |
|      |      | { ~~~~~ ~~~~                    |
|      |      | ~ - ~- ~~~~ ~~~~                |
|      | Ch.  | { ~ - ~- ~~~~                   |
|      |      | { ~ - ~- ~~~~                   |

Finem corruptum tam facile non puto restitui posse quam Her-

<sup>1)</sup> Vocabulum *τέτρον* ut supervacaneum delevi, cum semiiambus nullus sit. Sed dubito, an maior insit corruptela.

mannus fecit. Qui certe ex similibus constabat iambis (v. 835: δώματα λιποῦσ' ἤλθ' Ἐρι-ρύς = - - - - | - - -). Praeter illum exitum compositionis lex, si dimetrum iambicum littera a, trimetrum littera b significamus, haec est:

a a  
b  
a  
a  
a a  
b  
a a

Accuratius etiam respondent primus versus et quartus, syllabatim ceteri, qui coniuncti sunt:

v. 829: - - - - | - - -

- - - - | - - -

v. 832: - - - - | - - -

- - - - | - - -

Qui omnes similes sunt.

Eam metrorum responsionem consilio, non casui tribuendam esse non solum ex hac epodo, sed ex toto cantico apparet. Nam si plenum metrum littera a, id, in quo prior suppressa est syllaba brevis, littera b, in quo altera, littera c significamus, priorum stropharum forma haec est:

|      |     |                 |  |
|------|-----|-----------------|--|
|      | I.  | × (proem.)      |  |
|      |     | a b b a         |  |
| 781. |     | - - - -   - - - |  |
|      |     | a b a           |  |
|      |     | a a a           |  |
| 784. |     | b a a b         |  |
|      |     | c               |  |
|      | II. | a b b a         |  |
| 800. |     | a b a           |  |
|      |     | a               |  |
|      |     | c               |  |
|      |     | a a             |  |
|      |     | a a             |  |
|      |     | v. corr.        |  |



|      |                     |
|------|---------------------|
| 805. | a b a               |
|      | b a (interi. secl.) |
|      | a a b               |
|      | { ×                 |
| 809. | { a a b             |
|      | c                   |

Suppl. 918. Breve chori canticum solutum, quod incipit a v. 918, non audeo ut exemplum afferre; nam gravissimis laborat corruptelis. Forma, quae libris traditur, metro non toleratur. Wilamowitzius (in Comm. metr. p. 12) restituisse sibi visus est pristinum metrum, sed numeros effecit, quales in strophis fortasse reperiuntur (neque vero in Suppl., quorum cantica quam eleganter composita sint, modo demonstravi), non in carmine monostropho:

|      |                                     |
|------|-------------------------------------|
|      | υ-υ-υ- υ-υ-υ- υυυυυυ υ-υ-υ-         |
| 920. | υ-υ-υ- υ-υ-υ- υ-υ-                  |
|      | υ-υυυυ υ-υυυυ <sup>1)</sup>  υυυυυ- |
|      | υ-υ-υ- υ-υ-υ- υ-υ-υ- υ-υ-υ- υ-υ-υ-  |

Neque enim in ulla fabula tam incomposita inveneris. Quare graviora sunt menda, quae eo difficilius sanantur, quo minus sententiarum ordine adiuvamur.

Hipp. 1142. Neque in Hipp. epodo, quae incipit inde a v. 1142, metra sine ullis salebris fluere videntur, quae tamen ab eodem Wilamowitzio hoc quidem loco omnes fere sublatae sunt, ita ut compositio perspicua sit. Respondent enim inter se primus et ultimus versus, qui tetrametri sunt iambici, deinde tres dimetri, qui primum sequuntur, postremo duae tripodiae dactylicae, quae paenultimo loco positae sunt. Quare figura haec est:

|       |                             |
|-------|-----------------------------|
|       | υ-υ-υ- υ-υ-υ- υυυυυυ υ-υ-υ- |
| 1145. | { υ-υ-υ- υ-υ-υ-             |
|       | { υ-υυυυυ υ-υ-υ-            |
|       | { υ-υ-υ- υ-υ-υ-             |
|       | { υ-υυυυυυυυυ               |
|       | { υ-υυυυυυυυυ               |
|       | υ-υ-υ- υ-υ-υ- υ-υ-υ- υ-υ-υ- |

<sup>1)</sup> Syllaba hoc loco producta abhorret ab Euripidis arte metrica. Cf. alteram huius dissertationis partem (De trimetris iambicis).

Editores permulta mutarunt, cum iamborum anaclasin ignorarent, Weckleinus, falsissime cum diremisset versus, et metra et numeros perturbavit: nullus est versus


ἐγὼ δε σῶ δυστυχία δάκρουσι διοίσω

et alius generis esse videntur hi

πότμον ἄποτμον ὦ τάλαινα,  
et μανίω θεοῖσιν,

quamquam omnes optime ad iamborum rationem redigi posse vidimus. Quando viri docti eam syllabarum metrorumque colluviam arbitrari desistent dignam esse poeta Graeco! Unus quisque protinus concedat illam quam supra Wilamowitzium secutus proposui componendi rationem simplicissimam optimamque esse. Quomodo haec epodus coniuncta sit cum strophis, quomodo metra per eas perducantur, Wil. recte cognovit (cf. Hipp. p. 229). Quibus rebus commotus hanc epodum hic demum inseruerim, et ex eis, quos tractavimus, locis et ex eis, de quibus infra agemus, intellegitur. Nam numeri tam artificiosi sunt, ut vix credam eos iam ante Medeam confectos esse.

Veteres simplices leges secutus est Euripides in epodo Troad. 551. Neque enim quae sit congruentia diligenter quaerendum est, sed per se cognoscitur, cum versus consoni aliis non dirimantur, sed statim iterentur. Quare etiam lectio ut raro in Euripidis fabulis sana est. Unum verbum Ἄρτεμιν, quod inepte additur et metra perturbat, Seidlerus iamdudum delevit.<sup>1)</sup> Numeri hi sunt:



<sup>1)</sup> Idem nomen ab interpolatore additum in Phoen. 192, ubi res similis est.

|      |                      |   |
|------|----------------------|---|
| 560. | υ — —   υ — υ —      | } |
|      | υ — —   υ — υ —      |   |
|      | υ — —   υ — υ —      |   |
|      | υ — —   υ — υ —      |   |
|      | υ — υ —   υ — υ — 1) |   |
| 565. | υ — υ —   υ υ υ υ υ  |   |
|      | — υ υ — υ υ — 2)     |   |
|      | υ — υ υ υ   υ — —    |   |

Quo modo singula cola dirimenda sint, in iambis tam meris difficile est diiudicatu. Cum constet ipsos poetas carmina ut nos in singulos versiculos non divisisse, librorum auctoritas nihil valet. Certa igitur ratione nisi hiatu aut syllaba (ancipiti) brevi versus non secernuntur. Sententiarum incisio momentum quidem affert, tamen non certum. Quam rem saepe nos fallere ex Suppl. v. 373 optime intellegitur:

καλὸν δ' ἀγαλμα πόλεσιν εὐσεβῆς πόνος  
 χάριον τ' ἔχει τὰν ἐς αἰεί. τί μοι  
 πόλις κρανεῖ κτλ.  
 = ἄμννε ματρὶ πόλις ἄμννε Παλλάδος  
 νόμους βροτῶν μὴ μαινεῖν. σύ τοι  
 σέβεις δίκαν. κτλ.,

ubi versus post *αἰεί* finiebatur, etsi nullum omnino est metrum tolerabile, dum Wilamowitzius (cf. Comm. metr. I, p. 11 sq.) rectam rationem invenit. (Weckleinus postea etiam falsa retinuit.) Quamquam in ea, quam pertractamus, epodo non assentior editoribus, qui sententiam ducant post concinnitatem, cum ter medio in verbo versus dirimant. Praeterea, si dividimus, ut ego feci enuntiatorum finibus commotus, prohibemus, ne versus semper

1) Forma est observanda. Qua refellitur Wilamowitzii opinio, quam protulit in Herc. II, 26 (catalecticum metrum non tolerare solutas longas) Versum sic recitandum esse (non υ — υ υ υ | — υ —) et ex numeris et ex incisione apparet. Concedo alia exempla me non invenisse. Sed cf. p. 43.

2) Versus minime est dactylicus, sed dimetrus choriambicus, cum aequabiles modi hoc uno loco nullo modo possint interrumpi. Quem incisionem secutus hoc modo velim recitare:

— υ υ υ υ | — υ υ — non — υ υ — | — υ υ — )

eodem modo conformati lentius aequabiliusque ad aures accedant quod Euripides ea aetate, qua ultimas docuit fabulas, certe non iam voluit.

Troad. 576. Appono figuram cantici alterni, quod sequitur et bene comparatur cum epodo 551 sqq.:

I.    ○ --- | --- ○ --- | ○ ---  
       --- ○ --- | --- ○ --- | ---  
       --- --- | --- ○ ---  
 580.    --- --- ---  
       ○○ --- | ○ --- (= 590).

II.    ○ --- | ○ ---  
       ○ --- | ○ ---  
       --- ○ --- | --- ○ --- 1)  
 590.    --- ○ --- | ○ ---

El. 476. Cum epodus inde a v. 551 permagnam praebeat versuum aequabilitatem, iam in Electra duobus annis post epodum invenimus brevem multo difficilius compositam: v. 476 sqq. Etiam carmine quod antecedit, cum e glyconeis liberis et contortis constet, qui abhorrent a vetere simplicitate, novorum lyricorum auctoritatem sequi poetam demonstratur. A glyconeis ad iambos transit poeta hexametro heroico et hoc trimetro:

○ --- | --- ○ --- | --- ○ ---

Deinde sequuntur:

      ○ --- ○ --- ○ ○ ○ ---  
 480.    --- ○ ○ ○ ○ | --- ○ --- 2)  
       --- ○ ○ ○ ○ | --- ○ ---

Duo inserta sunt membra, quae dactylica videntur esse. Metrum certum est:

--- ○ ○ --- ○ ○ ---  
 --- ○ ○ --- ○ ---

1) Idem versus qui 566. Incisio impedit, quominus eodem modo recitetur. Una longa syllaba etiam in meris choriambis (sive Ionicis, qui cognati sunt) saepe adeo producitur, ut duas aequet tritas longas.

2) Herm.: ἔκτανεν ἔκτανε.

Emendare conati sunt librorum lectionem Nauckius et Schenklius, quorum alter ἦ μὰν, alter ἦ σὰν scripsit, quod utrumque tolerari potest. — Tum rursus:

485.                    ~~~~~|~~~~~

et finem facit hoc membrum:

~~~~~

Quare mediae partis figura haec fere est:

3 a

2 b

a

b

Singula cola non plane eadem sunt, sed simillima.

Hel. 229. Multo artificiosius parodi epodus in Hel. a. v. 229 composita est, quae falsissima distinctione ab editoribus solet perturbari et mutilari, etsi de scriptura paucae restant dubitationes. Numeri ut recti sint, apparet interiectionem $\varphi\epsilon\tilde{\nu} \varphi\epsilon\tilde{\nu}$, quae initio posita est, ab ipso metro secludendam esse (etsi raro illud $\varphi\epsilon\tilde{\nu}$ sic posuit poeta). Alio modo nemo versum potest recitare; nam quid sibi velit dochmius plenus ~-~-- (de hoc versu v. infra) in initio, qui per se stare non potest, sed eis tantum locis adhibetur, quibus traducat sermonem a dochmiis ad aliud metrorum genus, maxime ad iambos, equidem non intellego. Numeri igitur incipiunt a tetrametro iambico, cuius primum et ultimum metrum integrum est, media suppressa brevi ornata, ut figura sit: abba. Altera huiusce versus pars statim iteratur et spondeo terminatur. In syllabis autem solutis per totum canticum certa non est congruentia, in qua re, cum saepius inveniatur, offendere non possumus. Si id tenemus, tertium cognoscimus versum e primo deductum esse omisso denuo uno metro, ultimo iterato. Versus igitur optime ex sententiarum incisione dividuntur verbis: $\chi\theta\omicron\nu\acute{o}\varsigma$, $\pi\acute{\epsilon}\nu\chi\alpha\nu$, $\sigma\nu\nu\alpha\rho\mu\acute{o}\varsigma\alpha\varsigma$, et usque ad senarium numeri hi sunt:

interi.

230. ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~
 ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~  
 ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~ - ~~~~~

Post trimetrum, qui in se ipso responsionem habet, denuo eadem formae occurrunt. Initium facit iterum altera primi versus pars, quae quasi totius carminis elementum est. Versus, qui sequitur, a Kirchoffio iure damnatus est, ut inepte exscriptum ex v. 27:

τοῦμὸν δὲ κάλλος, εἰ καλὸν τὸ δυστυχές.

Eo puerili modo Euripides numquam in ulla fabula se ipsum imitatus est. Versus sq., cum duos contineat creticos, i. e. illius elementi iambici, quod modo nominavi, prius metrum iteratum, in se ipso respondet. V. sequentis prima pars eadem est ac v. 235, quae uno metro augetur, ut hos versus sic scribam:

235. - - - - - -
 (- - - - - | - - - - -
 - - - - - - - - - - - -

Versus, qui sequitur, corruptus est; vocabulum *Πριαμίδαις* Nauckius recte, ut interpolatum, delevit, tamen lacunam utique statuere debemus Wilamowitzium secuti, vix maiorem; sed unum metrum, quod deest, ut idem efficiatur versus, qui prior, explevisse puto verba, quae exciderunt. Responsio autem etiam ex verbis traditis manifesta est. Tamen quae sequuntur, multo etiam pulchriora sunt:

- - - - - ,

i. e. idem elementum, quod confestim iteratur:

ἃ δὲ χρυσέοις θρόνοις . . .


Sequitur quater idem versus, qui tertius; primus catalexi variatur; insertus est senarius:

 - - - - - | - - - - -
 - - - - - | - - - - -
 - - - - - | - - - - -
 245. - - - - - | - - - - -
 - - - - - | - - - - -

Talia nemo in carmine strophico ponere ausus esset, sed ex una solutorum carminum compositionis lege intellegi possunt, cum eis canticis non etiam antistrophus respondeat, qua aequabilitas augeatur usque ad satietatem.

In colis sqq. poeta ex elemento iambico dimetrum trochaeum commodum in modum fingit, ut aliquo modo variet. Quem

videlicet bis poni nemo miratur, qui quomodo canticum compositum sit, perspexerit. Finem facit elementum, quod totum per carmen observavimus, bis positum inserto trimetro trochaico, qui coniungendus est et cum trochaeis, qui modo antecedunt, et cum trimetro, quem in initio invenimus. Cuius nimirum partes non ultra egent membris paribus. Finis igitur hic est:



Carmina tam ingeniosa arte composita propria sunt ultimae poetae periodi, qua sententiarum copia deminuitur, dissolvuntur chori cantica ab ipsa fabula ita, ut comparari possint cum gemmis, quae, insertae monili, quamvis pulchrae non cohaereant cum eo. Poeta autem ipsius formae amoenitate, numerorum sonitu delectatur atque delectat; admiratio enim nos capit, quam ingenti formarum copia ut velit utatur, quomodo sensim, gradatim, numquam fere saltuatim alium versum ex alio deducat, ut satietatem vitet, harmoniam autem servet.

Hel. 330. Quantopere poeta ipse his compositionibus dithyrambicis delectatus sit, ex eo intellegitur, quod paulo post in eadem fabula canticum quinquaginta versuum strophis caret, et iambis compositum est simillimis eis, quos modo pertractavimus. Tam longae partes solutae in vetustioribus fabulis numquam inveniuntur, et apparet eminentque in iis senis poetae ingenium. Neque enim quisquam eiusmodi partes, si de qua re disputemus, cognoverit, facilius aut neglegentius dixerit compositas.

Helena canticum alterum alternis dicunt Helena et chorus seu potius coryphaeus. Numeri tam aperti sunt, ut prima quidem pars omnis fere sana reservata sit. Bene mihi videtur Nauckius in v. 332 vocabulum *οἶκον* (seu *δοῦμον* rec. m.) delevisse, ut trimetrus efficiatur (= 342):



◡—◡—|◡—◡—|◡—◡—
 ◡—◡—|◡—◡— a

Altera periodus ab alieno versu, a dochmio interiectione anteposita exorditur. Cuius modi versus extra numeros positi concedendi sunt neque in formulam redigi possunt. Fieri etiam potest, ut versum eodem modo recitemus, quo Troad. v. 562 (cf. p. 15); quamquam ne sic quidem ultra progredimur, cum etiam hic versus non habeat, cui respondeat. — Deinde versus a b sequuntur, qui a coryphaeo vice versa continuantur, ut figura extet abba.

Tertia periodus iterum variatur interposito trimetro 342/3, quem iure non puto dividere editores in duo hemistichia, praesertim cum optime respondeat versui 332. Caesura autem admodum dura medio in versu, quamvis alliciat, momentum afferre non potest, cum versum ◡—◡—◡— nisi ex dochmiis deducere nequeamus. De scriptura mihi non videtur dubitari posse. Tota igitur periodus hac est forma:

| | |
|------|-------|
| 340. | a b |
| | trim. |
| | b b b |
| 347. | a |

Iam multo difficiliora occurrunt. Initium faciunt duo dimetri trochaici deducti e versu b, ut iam supra vidimus. Longae usque solutae animum anxium turbulentumque depingunt.

~~~~~|~~~~~  
 ~—~—|~—~—

Quae sequuntur, nonnullis viris doctis ne sensum quidem praebere visa sunt. Qui totum locum excitatissimum esse neglexisse mihi videntur. „Te invoco, te testor, Eurotam flavum arundine aquatica: si ista fama mortui mariti vera est —“ Ch: „Quae ista obscura“ vel etiam „dementia“. Duae causae chorum commovere potuerunt ut ea insereret. Helenae enim verba etiam sic quispiam potest interpretari: „Te invoco, ex te quaero, num ista fama vera sit.“ Quae **re** vera obscura, inepta sunt. Deinde etiam



fieri potest, ut coryphaeus optime intellexerit, quid Helena dictura sit: „Si ea vera sunt, mortem mihi consciscam quocumque modo.“ Quae si ita sunt, ab impietate eam arcere voluit coryphaeus verbis *τί τίδ' ἀσύρετα*. — Finem huius enuntii admodum contortum esse concedo. Qui aliquo modo commodior fit, si non secundum editores post ὄρεγμα, sed post σφαγᾶς distinguimus, ut ὀρέξομαι cum utroque membro coniungatur. Etsi sensus in universum sine dubio retinendus est, nonnullas exiguas corruptelas inesse numeris aperte demonstratur. E quibus unam Elmsleyus satis recte observavit, qui *χλωρόν* in v. 349 duplicaret: *χλωρόν χλωρόν*, ita ut trimetrus trochaicus efficiatur, qui in parte trochaica bene respondeat trimetro iambico inter iambo v. 342. Tamen omnia haec non plane certa sunt. Etiam reliquorum versuum metrum claudicat:

~ ~ ~ - | ~ ~ ~ -  
 Ch. ~ ~ ~ ~ ~  
 Hel. ~ ~ ~ - - - ~  
       ~ ~ ~ - | ~ ~ ~ -  
       - ~ - ~ | - ~ ~ -  
 355.     - ~ ~ - ~ -

Doehmius vix rectus est, primus quartusque versus sani sunt. Sequitur hexametrus heroicus. Versus, qui finem faciunt, quamvis corrupti, qui fuerint, numeri ostendunt. Fistulas hoc loco commemorari, quibus canere solet Paris ut omnes pastores, mihi optimum videtur, etsi intellego, quae causae Badhamium commoverint, ut mutaret. Tamen omnes coniecturae tam graves sunt, ut potius Hermannum sequar, qui scripsit *σνρίγγων ἀοιδᾶν σεβίζορτι*. Fieri potest, ut nonnulla exciderint. Sin minus, numeri hi videntur esse:

- ~ - ~ | - ~ ~ ~  
 - ~ - ~ | - ~ ~ ~  
 - ~ ~ ~ | - ~ ~ ~ | - ~ -

Terminatur coryphaeus periodum versibus iambicis, qui ex carminis initio noti sunt:

360.     - ~ ~ ~ | ~ ~ ~ -  
           ~ - ~ ~ ~ | ~ ~ ~ -

In versibus, quibus Helena sola cantico finem facit, numeri rursus optimi sunt, cum ipsa verba multo melius tradita sint:

υ — — | υ — υ  
υ — υ — | υ — | υ υ υ υ —

Prooemium est, cuius membra inter se aliquo modo respondent. In vv. sqq. Bothius recte verba *δάκρυα δάκρυσί* ut ex v. ant. huc illata delevit. Itaque tota pars ex illis dimetris trochaicis constat, de quibus supra diximus, et unus finis redit iterum ad iambos:

365.      υ υ υ — υ | υ υ υ υ υ  
υ υ υ — υ | υ υ υ υ υ  
υ υ υ υ υ | υ υ υ υ υ  
— υ — υ | — υ — υ  
υ υ υ υ — | υ — υ —  
υ — υ — | υ — υ — | υ — υ —  
— υ υ υ υ — υ    ithyph. clausula.

Incredibili socordiae tribuendum est, quod Weckl. et alii versum post *ὄλεσεν* distinguunt; nam is versus omnino nullus est. Cum ego dirimo *ὄλε — σεν*, non totum „versum“ hic finiri dico, qui numquam medio in verbo finiatur, sed solum versus membrum, ut omnes partes, quas nos, ut respondententes, versus appellamus, nihil sunt nisi eiusmodi cola seu membra.

Periodus, quae sequitur, valde corrupta est. Sensus apertus est, metra numerique nullo modo. Neque equidem quicquam dicere audeo de primo versu; fieri potest, ut sic recitetur:

υ — υ — | — —

Vv. sqq. trochaici sunt, ut Paley recte cognovit (Librorum scripturam nemo legere potest):

371.      υ υ υ — υ | — υ — υ  
υ υ υ — υ | υ υ υ — υ  
υ υ υ υ υ | υ υ υ — υ  
— υ — υ | — υ — —

Subito deinde ad dactylos transit poeta. Omnis periodus uno tenore nulla catalexi admissa usque ad finem perducta est. In eiusmodi versibus negare debemus ultra nos posse versus

dirimere, nisi catalexi aut aliis manifestis causis eo adducimur. Editores ad arbitrium solent seiungere versus, nulla vetere regula, nullo certo argumento commoti. Habent sane ii versus, praesertim cum ne ulla quidem catalexi interrumpantur, cum quadraginta quinque continua decurrant metra, per se aequabilem fluxum, per se responsionem. — Coniungitur haec periodus cum eis, quae antecedunt, ultimo versu, quo clausula paenultima iteratur.

Phoen. fin. Poetam his temporibus praeter omnia illis carminibus iambicis studuisse Phoenissis affirmatur. Primum tractemus velim totius fabulae finem, qui constat ex quinquaginta fere sex versibus solutis. Etiam hoc loco librariorum ut in parte lyrica tam rectas servasse lectiones ex ea una re intellegitur, quod quamvis numerorum inscii tamen sentiebant eos versus aliquo modo inter se respondere. In prima periodo, quae usque ad v. 1717 pertinere videtur, unus v. 1715 metro non toleratur. Iam qua ratione libri inter se differant, affert iure dubitationes. Habent enim haec:  $\sigma\delta$  (deinde  $\mu\omicron\nu$  *A*,  $\mu\omicron\iota$  *E*, reliqui omittunt)  $\pi\omicron\delta\alpha\gamma\omicron\varsigma$   $\acute{\alpha}\theta\lambda\acute{\iota}\alpha$  ( $\acute{\alpha}\theta\lambda\acute{\iota}\omicron\nu$  *A*)  $\gamma\epsilon\nu\omicron\upsilon$ . Primum apparet  $\mu\omicron\iota$  sive  $\mu\omicron\nu$  interpolatum esse, deinde metro postulatur, ut etiam  $\sigma\delta$  deleatur, qua ratione optime restituitur Oedipodis brevis et abrupta locutio.<sup>1)</sup> Metrum sic rectum est. Praeterea facere non possum, quin cod. *A* scripturam  $\acute{\alpha}\theta\lambda\acute{\iota}\omicron\nu$  multo optimam habeam. Oedipum se ipsum, non Antigonam hoc loco miserum vocare sensu mihi flagitari videtur.

Numeri eius periodi hi sunt:

|      |                                                                                                                                             |
|------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| A:   | $\cup - \cup -   \cup - \cup \cup \cup   \cup \cup \cup -$<br>$\cup - \cup -   \cup - \cup -$<br>$\cup - \cup -   \cup - \cup -   \cup - -$ |
| O:   | $\cup - \cup -   \cup - \cup -$                                                                                                             |
| 715. | $\cup - \cup -   \cup - \cup -$                                                                                                             |
| A:   | $\cup \cup \cup \cup \cup   \cup - \cup -$<br>$\cup - \cup -   \cup - \cup -   \cup - \cup -$                                               |

seu si litteris utimur:

<sup>1)</sup> Ebelingius (l. c. p. 52) pro  $\gamma\epsilon\nu\omicron\upsilon$  scripsit  $\gamma\acute{\epsilon}\nu\omicron\iota\omicron$  (v. 1712 = 1715).

a b a  
b b  
b a

Versus, qui sequitur, corruptus est. Idem videtur fuisse qui alter, fortasse etiam recte Dindorfius maiorem statuit lacunam. Deinde facillimi sunt numeri:

1720.  $\left. \begin{array}{l} -\cup - | \cup - \cup - \\ -\cup - | \cup - \cup - \\ -\cup - | \cup \cup \cup - \\ -\cup - | \cup - -^1) \text{ (fort. ithyph.)} \end{array} \right\}$   
*ἰὼ ἰώ,*  
 $\begin{array}{l} -\cup - | \cup - \cup -^2) \\ \cup - - | \cup - | \cup - \cup - \\ \cup - - | \cup - | \cup - \cup - \\ -\cup - | \cup - \cup - | \cup \cup \cup - \\ \cup - \cup - | \cup \cup \cup - \\ \cup - \cup - | \cup \cup \cup - \end{array} \right\}$   
 1715.  $\left. \begin{array}{l} \cup - - | \cup - | \cup - \cup - \\ \cup - - | \cup - | \cup - \cup - \\ -\cup - | \cup - \cup - | \cup \cup \cup - \\ \cup - \cup - | \cup \cup \cup - \\ \cup - \cup - | \cup \cup \cup - \end{array} \right\}$   
 1730.  $\left\{ \begin{array}{l} -\cup - | \cup - - \\ -\cup \cup \cup | \cup - - \end{array} \right.$

Quos versus videmus minutatim fere respondere, plerumque proximi, nonnumquam ii, qui aliis iterum similibus divisi sunt.

A trochaeis incipit *Antigona* longiorem partem. Quater idem versus iteratur, semel spondeo graviter finitus, finem autem facit ithyphallicus. Deinde duo iambici trimetri sequuntur, quorum alter catalecticus est. Versus, qui optime terminatur, facile in duas partes dividitur:

*ἀπαρθέενετ' | ἀλωμένα.*

1) ἔχων del. Hermannus.

2) Fortasse quispiam coniunxerit interiectionem cum numeris secundum Tro. 562, ut ter idem efficiatur versus:

$\cup \cup \cup - | -\cup - | \cup - \cup -$   
 $\cup - - | -\cup - | \cup - \cup -$   
 $\cup \cup \cup - | -\cup - | \cup - |$

Finem faciunt horum versuum duo versus iambici et ithyphallicus. Iambi usitatum habent formam:

— ◡ — | ◡ — ◡ —,

ithyphallico autem, qui idem in v. 1746 tertium positus est, totum carmen optime continetur.

Vv. sqq. corrupti sunt. Certam emendandi viam me indicaturum esse persuasum habeo in dissertatiuncula, quam incripsi „De trim. iamb.“ Hoc loco id unum monuerim membra *συγγένου θ' ἔβρισμάτων* et *νέκυσ ἀθροπος οἴχεται* eodem modo inter se respondere, quo

ἐκλεῖ με θήσει  
et σκότια γὰ καλίψω

(similes sunt v. 1720 sq.:

— ◡ — | ◡ — ◡ —  
— ◡ — | ◡ ◡ ◡ ◡ —).

Quae sequuntur, simplicissima sunt et optima: Oedipus semper plenos habet dimetros, in Antigonae contra parte prima syllaba suppressa est, ut haec efficiatur perspicua figura:

|       |     |
|-------|-----|
| 1747. | a b |
|       | a b |
|       | a a |

Antigona his versibus totius carminis finem facit:

|       |             |
|-------|-------------|
|       | — — — —     |
|       | ◡ — ◡ — —   |
|       | ◡ — ◡ — —   |
| 1755. | ◡ — ◡ — —   |
|       | ◡ ◡ ◡ ◡ ◡   |
|       | ◡ ◡ — —     |
|       | ◡ ◡ ◡ ◡     |
|       | — ◡ — ◡ — ◡ |

Versiculum, quem hac aetate sescenties videmus a poeta adhibitum: — ◡ — ◡ — ◡ — semper ut dimetrum iambicum recitavi, etsi saepe vidimus dipodiam trochaicam his versibus inseri et his solis fulciri. Optime enim Wilamowitzius in *Herc. II*<sup>2</sup> p. 28

demonstravit, quantum differret ab ipsis trochaeis, quales Aeschylus confecisset, id metrorum genus, quod postquam irrepsit in fabulas, brevi tempore omnia alia opprimit, imprimis in Phoenissis principalem habet locum adeo, ut grammatici metrum simpliciter nominarent Euripideum. Atque quis est, quin commoda permulta id metrum intellegat praebere? Tamen quae in canticis solutis pulchra, necessaria sunt, in strophicis facile fiunt ieiuna, aequabiliorem efficiunt lentiolemque fluxum, immo satietatem. Quod periculum poeta in unis ni fallor Phoenissis non modo non fugit, sed nonnumquam paene in eo perit. Quam rem, ut illustrem, parodi alteram stropham, quae exemplum est insigne eius metri, brevi perscribam:

|      |                                                                                                                                   |
|------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 240. | — ◡ —   ◡ — ◡ —<br>— ◡ —   ◡ — ◡ —<br>— ◡ —   ◡ — ◡ —<br>— ◡ —   ◡ — ◡ —<br>— ◡ —   ◡ — ◡ —<br>— ◡ —   ◡ — ◡ —<br>— ◡ —   ◡ — ◡ — |
| 245. | — — — — —<br>— ◡ —   ◡ — ◡ —<br>◡ — ◡ —   ◡ — ◡ —   — —<br>— ◡ —   ◡ — ◡ —                                                        |

Quos versus vix quisquam artificiosos dicat.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Hac aetate etiam in canticis strophicis artificiosas extare formas hoc earundem Phoen. exemplo demonstratur:

|           |                                                                                                      |                             |
|-----------|------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------|
| 1018 sqq. | ◡ — ◡ —                                                                                              |                             |
| 1020.     | — ◡ — ◡   — ◡ — ◡<br>— ◡ — ◡ — —   — ◡ —<br>◡ — ◡ —   ◡ — ◡ —<br>— ◡ — ◡ —<br>— ◡ — ◡ —<br>— ◡ — ◡ — | { a<br>b<br>x<br>c<br>d d d |
| 1025.     | ◡ — ◡ —   ◡ — —<br>— — —   — ◡ —<br>◡ — ◡ —   ◡ — —                                                  | { e (=c)<br>x<br>c          |

Phoen. 675. Epodus Phoen. 675 sqq., quam hic inseri opus est cum sit astrophica, non aequè eo vitio laborat. Ex eis, quae modo dixi, non mirum est etiam hoc loco idem metrum praevalere, quod in carmine antec. (Cf. v. 638. 39. 42—44. 46. 48. 51. 52. 56.) Lectio sana fere est. Versum 688 Hermannus emendavit, cum scriberet *ἀμνρε* pro *αμννα*. V. 686 autem nondum tolerabili modo correctus est. Aliqua interpolata ideoque delenda esse apertum est, cum versus videatur fuisse dimetrus. Augentur autem difficultates, quod etiam v. sq. durus est, nisi primas syllabas metrum iambicum ducis utraque brevi suppressa, ut reliqua pars ipsum „metrum Euripideum“ sit:

— — | — — | — — —

Quae si recta sunt, versus antec. hic mihi videtur fuisse:

*πάντων Γῷ τρογός,*  
= *Διμάτηρ θεά*

— — | — — —,

i. e. idem metrum Eur. duabus syllabis suppressis. — Deinde non ut Weckleinius dimetros eiusdem generis dirimere possumus, cum sic versus 679 unus restet:

|       |                   |                   |   |              |     |
|-------|-------------------|-------------------|---|--------------|-----|
|       |                   | — — — —   — — — — | } | b b          |     |
|       |                   | — — — —   — — — — |   |              |     |
| 1030. | — — — —   — — — — |                   |   |              | a   |
|       |                   | — — — —   — — — — |   |              | b b |
|       |                   | — — — —   — — — — | } | c c          |     |
|       |                   | — — — —   — — — — |   |              |     |
| 1035. | — — — —   — — — — |                   |   |              | b   |
|       |                   | — — — —   — — — — |   |              | c c |
|       |                   | — — — —   — — — — | } | a a          |     |
|       |                   | — — — —   — — — — |   |              |     |
|       |                   | — — — —   — — — — |   |              |     |
Ne hiatu quidem aut syllaba ancipiti sive ante versum trimetrum sive in fine eius positis aliud quicquam indicatur, quam re vera periodos ita esse dividendas. Nam hiatu et syllaba brevi, etiamsi alter additur ad alteram, non magis disiungitur trimetrus iambicus a versibus lyricis quam semper dividi solet versus a versu. Quod certum argumentum nullo modo esse ex ipsa quaestione apparebit, quamquam semper notandae sunt eae res, si ad alias accedunt.



Summum momentum positum est in ipsa versuum structura, in syllabis productis et solutis. Quomodo soleant strui versus trimetri cantati ex eis versibus optime cognoscemus, de quibus non dubitari potest, quin canantur. Neque falso diiudicabimus quicquam, si eis legibus, quas in chori canticis statuerimus, etiam in cantibus alternis et monodiis utemur.

### § 1.

Exordiamur igitur a totius chori canticis. — In primis Euripidis fabulis (si *Alcestin* hoc loco mittimus, de qua postea dicendum erit) et in eis, a quibus alteram fabularum periodum consuevimus incipere (*Hipp.*, *Heracl.*) nusquam trimetros invenimus iambicos insertos totius chori canticis. Cuius rei causa non solum in eo posita esse potest, quod in harum fabularum carminibus iambi omnino rari sunt, neque uberrimus ille iamborum usus, quod quidem nos ex paucis fabulis servatis coniciamus, ante eam aetatem reperitur, qua *Suppl.* docti sunt. Neque enim postea in iambicis modo partibus poeta eis trimetris utitur, qui in omni fere alterius tertiaeque periodi fabula inveniuntur (praeter *El.* et *Phoen.*, quod ex monodiarum et canticorum alternorum copia facile intellegitur). Sed poetam eis temporibus, quibus aliis licentiis et in componendis fabulis et in metris adhibendis utebatur, etiam trimetros illos apparet saepius inseruisse. Excipienda tamen est ex prioribus fabulis *Andromacha*, quae ut permultis aliis rebus etiam hoc usu cum reliquis poetae tragoediis mira quadam ratione parum consentit. Nam etsi multis causis, imprimis scaenae usu adducimur, ut inter primas eam habeamus fabulas, et aliis rebus et trimetris insertis multo posterior videtur esse. Tamen quamquam permulta repugnare videntur Euripidis rationi neque ei hanc fabulam tribuendam esse ullo certo auctore probatur, tam clare recognoscimus Euripidis vestigia, ut nemo sit, qui poetae eam fabulam deneget.

Etiam trimetrorum insertorum usus non alienus est a reliquarum fabularum.

*Andr.* 281. Quorum primum invenimus in altero chori cantico v. 281. Est carmen e genere dactylotrochaicorum seu

potius dactyloiambicorum<sup>1)</sup> et ex metrorum cursu facile intellegitur, cur trim. iambicus addatur. Cuius sententia haud multum distat ab eorum, qui circa sunt.

Antecedit versus anapaesticus, sequitur ut saepissime trim. iambicus brevibus suppressis ad genus melicum propius accedens:

υ--|--υ--|υ--

Trimetrus ipse in stropha admodum solutus in antistropho arte coniunctus est cum v. sq.:

*πικρὰν δὲ σύγχρσιν βίον Φρυγῶν πόλει  
ταλαίνα περιγάμοις τε Τροίας.*

Cum neque hiatus neque syllaba brevis ante aut post versum admissi sint, nemo certe trimetrum secludere potest.

Andr. 299. In altero autem stropharum pari trimetri eodem loco positi syllaba brevi et in stropha et in antistropho indicantur neque sensu artius cohaerent cum reliquis versibus. (Sequitur trim. lyricus:

--υ--|--υ--|υ--)

Quos versus cum conspiciamus, nusquam videmus eas syllabas, quae in diverbio produci possunt, productas esse. Quod etsi in his unius cantici exempli casui tribuerit quispiam, tenendum est.

Andr. 479. 491. Iterum enim eadem res occurrit in v. 479 = 486 et v. 481 = 489. Quorum priores nulla soluta longa

<sup>1)</sup> Etiam primus versus iambicus esse potest. Nam versus facile hoc modo disiunguntur:

274. --υ--υ--υ--υ--υ--υ--υ--υ--|υ--υ--υ--|--υ--.

(In brevibus dirimendis offendi potest, cum versus hoc loco finiri non possit, ut etiam antistropho demonstratur, sed cf. Herc. 1055.) Sequuntur haec:

--υ--|--υ--|υ--υ--

(Herm. in antistr. egregie emendavit: *νίψαν*)

υ--υ--|υ--υ--

υ--υ--|--υ--

υ--υ--υ--υ--υ--υ--υ--|--υ--

--υ--υ--

ornati dialogi senariis similes sunt, in altero autem pari haec respondent:

$$\begin{array}{c} \cup - \cup - | \cup \cup \cup - | \cup - \cup - \\ = \cup - \cup - | \cup - \cup - | \cup \cup \cup - \end{array}$$

Ubi cum longis solutis haud multum tribuisse videamus poetam, eo magis ancipites syllabas semper breves esse mirum est.

Hec. 651. De Hec. epodo a. v. 649 iam egimus (p. 37), cuius tertius versus hic est trim.:

$$\cup - \cup \cup \cup | \cup - \cup - | \cup - \cup - ,$$

qui a dactylis facile seiungitur.

Hec. 950. Brevibus solutis ad genus melicum referendus est iterum in epodo trimetrus v. 950, si quidem versus ita distinguimus ut editores solent. Tamen hoc loco res difficillima est neque ad eam quaestionem, de qua agimus, quicquam refert, hoc alione modo versus dirimantur.

Suppl. 71. A trimetro incipit tertia Suppl. parodi stropha, de qua supra p. 9, ut de toto cantico (p. 34, 1) iam verba feci. Responsio singulorum verborum ideoque caesurae est accuratissima:

$$\begin{array}{l} 71. \acute{\alpha}\gamma\acute{\omega}\nu \acute{\omicron}\delta' \acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\varsigma \acute{\epsilon}\rho\chi\epsilon\tau\alpha \gamma\acute{\omega}\omega\nu \gamma\acute{\omicron}\iota\omicron\iota\varsigma \\ = 79. \acute{\alpha}\pi\lambda\eta\sigma\tau\omicron\varsigma \acute{\alpha}\delta\epsilon \mu' \acute{\epsilon}\xi\acute{\alpha}\gamma\epsilon\iota \chi\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma \gamma\acute{\omega}\omega\nu, \end{array}$$

trim. integram habet formam:

$$\cup - \cup - | \cup - \cup - | \cup - \cup -$$

Suppl. 365. Iterum iambicum est canticum inde a. v. 365. Periodi in priore stropharum pari non possunt seiungi, sed si dividamus versus, caveamus, ne editores sequamur. Hoc enim modo meri iambi decurrunt:

$$\begin{array}{l} 365. \acute{\iota}\pi\acute{\lambda}\acute{\omicron}\beta\omicron\tau\omicron\nu \textit{'}\textit{A}\rho\gamma\omicron\varsigma, \acute{\omega}\ \acute{\pi}\acute{\alpha}\tau\acute{\rho}\iota\omicron\nu \acute{\epsilon}\mu\omicron\nu \acute{\pi}\acute{\epsilon}\delta\omicron\nu, \\ \quad \acute{\epsilon}\kappa\lambda\acute{\upsilon}\epsilon\tau\epsilon \tau\acute{\alpha}\delta\epsilon \gamma', \acute{\epsilon}\kappa\lambda\acute{\upsilon}\epsilon\tau' \acute{\alpha}\nu\alpha\kappa- \\ \quad \tau\omicron\varsigma \acute{\omicron}\sigma\iota\alpha \pi\epsilon\tau\acute{\rho}\iota \theta\epsilon\omicron\upsilon\varsigma \kappa\alpha\acute{\iota} \\ \quad \mu\epsilon\gamma\acute{\iota}\lambda\alpha \textit{P}\epsilon\lambda\alpha\sigma\gamma\acute{\iota}\alpha \kappa\alpha\acute{\iota} \kappa\alpha\tau' \textit{'}\textit{A}\rho\gamma\omicron\varsigma, \end{array}$$

i. e.:

- - - - - | - - - - - | - - - - -  
                   - - - - - | - - - - -  
                   - - - - - | - - - - -  
 - - - - - | - - - - - | - - - - -

Trimetrus, quem ego quoque in initio statui, praeter primam nullas habet productas syllabas.

De altero stropharum pari et de canticis, quae sequuntur, egregie egit Wilamowitzius in Comm. metr. p. 11. 15. 12. Hi sunt trimetri:

Suppl. 373. v. 373 = 377:

- - - - - | - - - - - | - - - - -

602. v. 602 = 612:

- - - - - | - - - - - | - - - - -

antec.:

- - - - - | - - - - - | - - - - -

sequ.:

- - - - - | - - - - - | - - - - -

617. v. 617 = 626:

- - - - - | - - - - - | - - - - -

sequ.:

- - - - - | - - - - - | - - - - -

Suppl. 783. v. 783 = 791:

- - - - - | - - - - - | - - - - -

antec. et seq. iambi.

His igitur locis omnes versus vix distant alius ab alio, a dialogi autem senariis admodum discedunt, cum nulla syllaba producta admissa sit.

Herc. 416. Canticum iambicum etiam in Herc. est, in quo v. 416 extat:

$\cup - \cup - | \cup \cup \cup - | \cup - \cup -$   
 = 432.  $\cup - \cup - | \cup \cup \cup \cup | \cup - \cup -$

Distinctio versuum certa non est, cum sequatur

$\cup - \cup - | - \cup - | \cup - - .$

Herc. 770. Plane eodem loco et eadem ratione in eadem fabula positus est v. 770:

$\cup - \cup \cup | \cup - \cup \cup | \cup - \cup -$   
 = 779.  $\cup - \cup \cup | \cup \cup \cup - | \cup - \cup - ,$

sequitur idem:

$\cup - \cup - | - \cup - | \cup - -$

Ion. 121. In Ionis cantu est v. 121:

$\cup - \cup \cup | \cup - \cup - | \cup \cup \cup - ,$

antec. et sequ. glyconei.

Troad. 1085. Troad. v. 1085 = 1103:

$\cup - \cup \cup | \cup \cup \cup - | \cup - \cup -$

in strophā syllaba ancipiti, in antistropho hiatu divisus a reliquis, neque Wilamowitzii permagnas probo coniecturas, quae metri, non sententiae causa viro docto necessariae videntur.

Iph. Taur. 399. Addam hoc loco etiam Iph. Taur. 399:

$\cup - \cup \cup | \cup - \cup - | \cup \cup \cup \cup ,$

etsi trimetrus inusitatam praebet formam et totum carmen est ex difficillimis neque certa ratione trimetrus secluditur. Antistrophi versus graviter corruptus est et editores id, in quo maxime oportet offendere, plane videtur fugisse, cum neque *ἐλπὶς γένετ' ἐπί*  $-\cup - \cup \cup$  ut iambici metri initium medio in versu tolerari possit neque *πήμασι βροτῶν*  $-\cup \cup -$ , ut iam ex eis locis, quos adhuc tractavimus, et multis aliis apparet. Quare primum *ἐλπὶς* et *(ἐ)γένετ'* transponenda sunt. Cf. in str. *τίνες ποτ' ἄρα* =  $\cup - \cup \cup$ . Reliqua difficiliora sunt. Nam etsi *πήμασιν* tolerari non potest, tamen simile verbum sensu flagitatur.

Hel. 234. 43. Inseram hic etiam Helenae epodum a v. 229, de qua nemo dubitet, quin cantata sit. De toto carmine iam dictum p. 17 sqq. Trimetrorum formae hae sunt:

234.      ◡ ◡ ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ —  
 243.      ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ —

Hel. 1117. Eisdem verbis: βαρβάρῳ πλάτῃ finitur v. trim. Hel. 1117, quem alter sequi videtur trimetrus iambicus (= 1132. 1133). Versus gravissimis laborare corruptelis nemo est quin videat. Attamen mirum est viros doctos duas res, in quibus maxime haerere debemus, plane omisisse. Nam primum in una eademque fabula duos trimetros cantico alicui insertos eisdem verbis terminari non Euripidis, non poetae Graeci est, tum quod duo integri senarii eodem modo compositi in carmine alius generis sequuntur, neque ullo exemplo probari neque tolerari potest. Quare dubitare non possumus, quin verba βαρβάρῳ πλάτῃ hic interpolata sint. Quae sint supplenda, difficillimum est diiudicatu, cum nec de metro certi quicquam constet neque ex antistropho corrupta ulla res appareat. Neque enim ibi verba eodem loco posita βαρβάρου στολᾶς habent, quo referantur, neque omnino metrum retineri potest. De sanando loco nihil audeo proferre, viam quidem emendandi quam equidem ingrediar, indicem. Cum ne prima quidem verba habeant, quo apte referantur, aut seiungendus est omnino versus aut cum eis coniungendus quae antecedunt. Versibus sqq. subiectum deest, quod optime Wilamowitzii coniectura Μενέλας pro νεφέλας restituitur, etiam altera emendatione ὁ δ' ἔστυτο recepta. Verbum βάρβαρος ad strophae similitudinem factum delendum et ex altero στολᾶς subiectum ad illud ἀλίμενα ὄρεα et ad verbum finitum quod desideratur supplendum. De metris dubito, quippe quae senarium non expleverint.

Hel. 1148. In altero stropharum pari haec respondent:

1148. ◡ ◡ ◡ — | ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ | ◡ — ◡ —  
 = 1162. — ◡ ◡ ◡ — | ◡ — ◡ ◡ | ◡ ◡ ◡ —

Stropham Hermannus optime restituit, antistrophici scriptura vix recta est, cum illud φλογομός—φλόξ ieiunum durissimumque mihi videtur. φλογερός (LG) retinendum et φλόξ delendum puto, neque vero equidem habeo, quod apte substituatur. Neque etiam metrum eo modo videtur mutari. Et primam syllabam produci

posse et theses solutas inter se non respondere iam saepius vidimus. Antecedit trim.:

— — — | — — — | — — —

sequ.:

∪ ∪ ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪ ∪

Bacch. 997. Ultimum horum trimetrorum reperimus in Bacch. 997:

∪ — — | ∪ ∪ ∪ ∪ — | ∪ — —

Quos haud paucos locos considerantibus nobis, quae sit lex componendorum trimetrorum in partibus cantatis, apparet. Neque enim virorum sapientium, philologorum est, cum tot sint exempla, omnia casui tribuere. Videmus in trimetris cantatis nullam syllabarum „ancipitum“ produci nisi primam totius versus.

Quae regula minus videtur mira, cum eas res, quas optime Blassius ex Aristoxeni fragmento metrico (Grenfell-Hunt, Oxyrrh. pap. I, p. 14 sqq.) demonstravit (Neue Jahrbücher 1899 I, p. 30 sqq.), observemus, ea metra, quae vocat Aristoxenus *δάκτυλος κατὰ ἴαμβον*, ab eis, quae simpliciter iampos nominat, distinguamus. Egregie Blassius (p. 41 sqq.) cognovit hoc loco de eo metro agi, quod producta prima syllaba hoc — — ∪ — fieri potest, et de eo, in quo ea licentia non admittitur. Neque ea re perspecta impedimur, quominus recte ubique „metrum“ iambicum statuamus hoc: ∪ — ∪ —, non semiambum ∪ —. Utramque iamborum rationem in tragicorum canticis inveniri idem vir doctus demonstravit. Iam intellegimus in trimetris partium lyricarum nusquam ab Euripide *δάκτυλον κατὰ ἴαμβον*, sed ut clare secernat dialogi rationem a canticorum, solos „iampos“ adhiberi. (Omnino ille *δάκτυλος κατὰ ἴ.* rarus est in posterioribus poetae fabulis. Sed incerta est res, cum versus iambicos nisi hiatu aut brevi syllaba non possimus seungere. Quare eam quaestionem in aliud tempus differre cogor.)

At proferat quispiam Alcestin, de qua nondum verba feci, atque praedicet ea una fabula legem, quam modo statuimus, inanem esse demonstrari. Nam videamus primum chori stasimum. Carmen admodum corruptum plane non potest emendari, sed quae sint menda, facile intellegitur.

Antistrop̄hi interiectiones, quae sunt in primo versu (232), ad explendam lacunam additas Dindorfius perspexit neque hoc loco tot metra exclamationibus possunt confici. Quare etiam strophae emendatio incerta esse debet. Verba πῶς πᾶ (27) ut traduntur inepta sunt et fieri potest, ut prorsus sint delenda.

Altera corruptela ab editoribus neglecta perspicitur, cum perturbatum consideremus sententiarum ordinem. Chorus anxie quaerit: „Exibitne quis?“ (Nam et laeta et lugubria potest proferre nuntius, qui ex aedibus procedat.) Tum libri pergunt: „an crinem resece . . .“ Apparet excidisse verba: „Utrum gaudere licet an . . .“ Antistrop̄hi versus iterum praebet interiectionem, quae quater posita vix retineri potest, praesertim cum denno videatur lacunam explere.

Iam videamus numeros: Interiectionem ἰὼ (in ant. παπαῖ) discernendam esse a reliquis metris editores fugit, cum iamborum legum imperiti fuerint. Tamen sex metra iambica facile decurrunt, quae recte legat, qui numeros didicerit observare et iamborum quae sint variae formae, noverit. Versum traditum (221) corruptum esse etiam e numeris intellegitur, cum equidem quomodo metiar, plane ignorem. Qui si antistrop̄ho fidem habemus, videtur fuisse:

— ◡ — | (— ◡ ◡) — | ◡ — ◡ —

Sequuntur quattuor metra iambica primo tertioque per anaclasin inflexo et iterum septem usque ad finem continuata, cum nullus sit hiatus. Quae syllabatim perscripta haec sunt:

— ◡ — | ◡ — — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — | ≅ — ◡ — | — ◡ ◡ — |  
◡ — — .

Syllaba producta medio in versu, quam cod. Pal. secuti facile eicere possumus, non mutanda videtur, cum versus, qui sequuntur, eandem praebent licentiam:

≅ — ◡ — (hiatu a reliquis clare seiunctum)  
— ◡ ◡ — | ≅ — ◡ — | ≅ — ◡ —

Senarius est ex dialogi usu conformatus, quem in carmine lyrico nusquam apud Euripidem reperias, sicut eum versum, quem supra exscripsi, et alium in Alcestidis monodia:

v. 254. ◡ — ◡ ◡ | — ◡ — | — ◡ — | ◡ — —  
= 261. ◡ ◡ ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — —



Quae cum ita sint, concedere nos oportet Alcestidis iambos abhorrere a reliquarum Euripidis fabularum, cum hic in quovis versus loco breves producantur. Tamen ipsius Alcestidis exemplum non valet legem illam infirmare, sed demonstrat Euripidem in prioribus fabulis eam neglexisse, ut ita dicam, postea autem stricte vidimus eam observatam esse. Nam tenendum est inter Alcestin et Medeam septem annorum spatium interesse. Qua aetate, quam accuratius nos non perspicere querimus, eum poetae usum ortum esse manifestum est.<sup>1)</sup>

## § 2.

Priusquam ad difficiliora transeamus, eos locos breviter enumerem, quibus etsi parti alicui lyricae trimetri inserti sunt,

1) Hoc loco paucis verbis addam, quomodo ceteri poetae tragici trimetros iambicos soleant componere. Non mirum est, quod Aeschylus eam legem, de qua disputamus, nondum observavit, cum mortuus esset multis annis ante quam ipsum Eur. cognovimus eis regulis se obligasse (cf. Blafs „Zu Aeschylus Choephoren“ Herm. XXXIII, p. 151). Etiam Sophoclem multo liberius metra iambica composuisse quam Eur. his locis apparet: El. 1084 ζῶν κακῶς ἐγκλειαν ἀσχῆναι θέλει = 1091 χειρὶ καὶ πλοῦτῳ τοσσόνδ' ἐχθρῶν, ὅσον. 1278 (epod.) τῶν σῶν προσώπων ἡδονὴν μεθέσθαι. Oed. R. 889 εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδαίνει δικαίως = 903 ἀλλ' ὦ κρατύνων, εἴπερ ὄρθ' ἀκούεις (et mult. al.). Tamen in plenis senariis eandem legem ex eodem fere tempore videtur observasse. Nam in Aiac. et in Ant., quae fabulae actae sunt ante eam aetatem, hos trimetros cantatos invenimus: Ai. 176 ἢ πού τινος νίκας ἀκέρωτος χάριν = 187 καὶ Ζεὺς κακὰν καὶ Φοῦβος Ἀργείων γάτιν. 367 οἴμοι γέλωτος, οἷον ἐβροίσθην ἄρα = 382 ἢ που πολὺν γέλωθ' ἐφ' ἡδονῆς γέλῃς. Ant. 1272 ἔγω μαθὼν δαίμωνος ἐν δ' ἐμῷ κέρει = 1295 κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω τάλας. 1274 ἔπαυσεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἐργαίας ὁδοίς. = 1298 ἔγω μὲν ἐν χεῖρεσσιν ἀργίως τέκνον. In reliquarum vero fabularum canticis syllabae ancipites nusquam productae sunt (cf. Oed. R. 192 = 206, 1331 = 1350, 1335 = 1355; El. 126 = †142, 476 = 493; Trach. 137 [epod.] 207, 217 [astr.] 955 = 964; Phil. 135 = 150; Oed. Col. 539 = 546; Chor. — — — Oed. — — — Ch. — — — Oed. — — —), cum ei senarii, quos pronuntiabant histriones, vel in partibus lyricis pleni sint syllabarum longarum (cf. El. 1235, 1255; Oed. R. 1317sq., 1325sq.; Trach. 871sq., 889, 891; Oed. Col. 837—840, 850—883). Duos locos, quibus regula non videtur observata El. 1390 = 1397, Phil. 676 = 691 corruptos esse omnes editores consentiunt. Quare, nisi quid me effugit, eadem, quae de Eur. accuratius conatus sum ostendere, etiam ad Sophoclis fabulas pertinent.

tamen res facillima est diiudicatu, cum altera persona canat, altera loquatur.

Sunt hi:

Hipp. 565 sqq. Chorus cantat, Phaedra loquitur. Interiectiones saepius ut etiam in diverbio intermixtae sunt.

Andr. 825 sqq. Herm. cantat, nutrix loquitur.

Hec. 684 sqq. Hec. cant.

688, 698, 701 servae, 693, 709, 712 chori trimetri.

Herc. 1178 sqq. Amph. cant., Thes. loqu. (De Thesei versibus ab Amphitr. exceptis infra dicendum.)

Ion. 763 sqq. Senex et coryph. loqu., (v. 772—775, 778—781, 785—788, 792—795 binis senis, binis chori trimetris compositi), Creusa cant.

1441 sqq. Ion. loqu. (cf. ad Herc. 1178), Creusa cant.

Tro. 238 sqq. Talth. loqu., Hec. cant.

1230 sqq. Chor. cant., Hec. loqu. (cf. ad Hipp. 565).

Iph. Taur. 643 sqq. Chor. cant., Or. et Pyl. loqu.

827 sqq. Or. iterum loqu., cum Iph. cantet. V. 861 sqq. iam dudum a Tyrwhittio recte singulis personis tributi, de qua re, cum et sententia et carminis ratione poscatur, nihil ultra dicendum. Tamen unus v. 832 multas praebet difficultates. Libris traduntur haec:

κατὰ δε δάκρυ, κατὰ δὲ γόος ἅμα χαρῶ

i. e.

~~~~~|~~~~~—,

quae duos explent versus dochmiacos. Sed ii cantabantur neque Oresti cum in tota parte omnino nihil nisi trimetros habeat, „utpote virili ille atque sedatiore animo“ (Seidl.), hoc uno loco unum versum melicum tribuere possumus. Fieri posse concedo, ut senarium conemur efficere; tamen Seidlerus, qui inter versus cantatos haud satis accurate distingueret, magnopere in eo erravit, quod hunc trimetrum statuit:

κατὰ δὲ δάκρυ' ἀδάκρυα (sic Musgravius ex Ald.) κατὰ
[δὲ] γόος ἅμα χαρῶ

= ~~~~~|~~~~~|~~~~-

seu altero δὲ deleto:

~ ~~~~~|~~~~~|~~~~-

Eiusmodi versum nemo histrionum locutus est neque quisquam poetarum Graecorum in tragoediae dialogo finxit. Neque vero senarium restituere cogimur, nisi rationem antistrophicam, quam Seidlerus aperuisse sibi videbatur, tenendam putamus. Integri versus dochmiaci, cum libris tradantur, retinendi videntur neque vero Oresti tribuendi. Nam valde miror viros doctos non in eo haesisse, quod hoc uno loco, quo alterius generis versus intermixtus videtur, Oresti tres versus continuantur, reliquis unus, semel duo. Quare v. 832 Iphigeniae tribuendus est atque sententia interrupta et ab Oreste continuata optime quadrat ad totius partis rationem (cf. 865 sq.).

In ultimis Euripidis fabulis quippe liberrimis in compositione nulla est pars, in qua tam clare alteri personae versus tribuantur, nisi Bacch. 1032 sqq., ubi nuntius loquitur, chorus cantat.

Omnibus locis, quos modo enumeravimus, trimetri etiam per multis syllabis productis ad dialogi senarios prope accedunt.

§ 3.

Iam ad cantus alternos et monodias accedamus. Atque id quaeso teneamus verisimillimum esse personam, quae longiorem aliquam partem canat, omnia cantare, etiamsi versus forte est trimetrus iambicus, nisi ipsa versus compositione adducimur, ut separemus eum e cantu lyrico. Quare ab eis incipiamus locis, quibus trimetros videbimus cantatos fuisse.

Hipp. 368. Hipp. 368, 372 = 675, 678. Stropha est chori canticum, antistrophus Phaedrae. Versus sunt integri dochmii praeter duos illos trimetros. Quorum sententiae utrum ita cohaereant, ut sciungi non possint, necne, vix certe diiudicari potest et nimis in arbitrio positum. Momentum autem affert, quod nusquam ulla syllaba producta est, quae res casui non potest tribui. Huc accedit, quod etiam caesura utriusque versus

eadem est. De dialecto cum librarii huc illuc labantur, Doricas sequor formas: 368 ἐξέφραγας (C), 370 τύχα (omnes ll. praeter CL).

Hipp. 878. In eadem fabula iterum res facilis est, si codicum sequimur auctoritatem: v. 878. Versus non certe dividitur ab antec., qui idem trimetrus est iambicus altero metro anaclomeno:

υ-υ-υ-| - υ υ - | υ-υ-υ-

υ-υ-υ-| υυυυυυυυ| υ-υ-υ- (hiatus).

Omnia cantari manifestum est neque admissa est syllaba producta, duae autem solutae. Etiam hoc loco syllabarum brevium ratio valet ad reiiciendas falsas coniecturas. Efficere enim voluerunt viri docti anaclaseos legis imperiti integrum trimetrum particula $\acute{\alpha}\rho'$ (Seidl.) seu γ' (Lindau) addita. Tamen versum

υ-υ-υ-| - υυ υ-υ| υ-υ-υ-

in cantico non tolerari demonstravimus.

And. 1197. Ex Andr. cantus alternus v. 1197 sqq. tractandus est. Neque vero de carmine adeo mutilato, cum vires non suppetant neque editores, quibus locis verba sint corrupta, perspexerint, quicquam certi dicere possumus.

Carmen est iambicum nullo alio metro admissio. Quare etiam omnes arbitror trimetros cantatos fuisse, etsi de v. 1204 et 1208 dubitari potest, an a coryphaeo dicantur. Quos tamen ex arsis ubique brevibus concludi licet cantari.

Hec. 684. In cantico soluto Hec. 684 sqq. unam Heubam cantare iam supra p. 118 monui. Cuius menda, cum compositionem indicarem p. 65, sanasse mihi videor. Cum et famula chorusque, qui loquuntur, et Hecuba trimetros habeant, optime illam de brevibus legem recte nos statuuisse cognoscitur. Nam cum conferamus:

v. 688 Fam.: υ-υ-υ-| - υυ - | υ-υ-υ-

(693 Chor.: υ-υ-υ-| υ-υ-υ- - | υ-υ-υ-)

698 Fam.: υ-υ-υ-| - υυ - | υ-υ-υ-

702 Fam.: υ-υ-υ-| - υυυυυυ| υ-υ-υ-

713 Chor.: υ-υ-υ-| - υυ - | υ-υ-υ-

cum his:

Hec.:

| | |
|---------|----------------|
| v. 689. | υ-υ- υ-υ- υ-υ- |
| 699. | --υ- υ-υ- υ-υ- |
| 714. | --υ- υ-υ- υ-υ- |

manifestum est productas arses casui non posse tribui, sed quaecumque cantabantur, non tolerare illam licentiam. Totius versus primam syllabam aucipitem esse iam in chori canticis vidimus.

In Suppl. carminibus iambicis res facilis est.

De epodo inde a v. 824 iam dictum et trimetros v. 826 (chor.), v. 831 (Adm.), qui ipsa re metrica haud certe dividantur, tamen seiungenda esse ex cantici compositione demonstratum est (p. 11 sq.). Qui cum nullas habeant syllabas productas, cantati sunt.

Suppl. 1123. Carmina, quae a v. 1123 a filiis et matribus vicissim cantantur, a Wilamowitzio (in Comm. metr. I, 13 sqq.) egregie illustrata sunt. In prima strophā filii habent unum iambicum metrum in antistr. hiatu a reliquis seclusum, deinde duos integros senarios, qui continuari possunt, tum hunc trimetrum:

--υ-υ-|υ-υ-|υ--

Quare primo quidem nemo dubitaverit, quin etiam illi senarii cantentur. Tamen aliquo modo offendimus in eo, quod duo sunt trimetri nullo alio versu separati et quod a reliquis tantopere seiuncti sunt (hiatus antea et hiatus et syll. brevis in fine). Sed iam momentum affert, quod et filiorum cantus vix potuit constare e duobus illis brevissimis colis neque ulla brevis producta est. Tum etiam ea, quae sequuntur, comparanda sunt. Matrum enim canticum eisdem terminatur versibus:

υ-υ-υ-|υ-υ-υ-|υ-υ-υ-
 --υ-υ-| --υ-υ-|υ-υ-

Vehementer gaudeo, quod Marklandi coniectura, quam Wilam. iam reiecit, ea lege, de qua disputamus, clare repudiatur atque ille, qui poetam uberum nutritionem *τροφὰς ματρὸς* vocare posse negavit, etiam numeris refellitur et redarguitur. Nam illud *τροφαί τε μαστῶν* in initio trimetri non toleratur. Idem Marklandus eodem modo iterum in altera antistropho metrum

perturbavit. Strophae scripturam Wilam. Heimsoethium secutus optime restituit, antistrophum Elmsl. correxit:

χαλκείσις ὄπλοισ(ι) Δαναΐδων στρατηλάτων.

Marklandus ex spuria lectione *χαλκείσιον χαλκείσις ἐν*:

— — — — | — — — —

fecerat, quod Weckleinius, ut est numerorum imperitus, recepit, quamquam Elmsleyi emendationem non ignorabat. Sequitur denuo hic trimetrus:

— — — — | — — — — | — — — —

Tertia strophā a duobus incipit trimetris cantatis. In omnibus huius cantici locis theses solutae accurrate inter se respondent, libri semper etiam vocalem *α* pro *η* recte servarunt.

In Herc. demum saepius invenimus trimetros iambicos dochmiis insertos, et propterea hic primum dilucide apparet, quanto pere trimetrus distet a trimetro, quam accurate alter seiungendus sit ab altero.

Herc. 880. V. 880 syllaba brevi a versu sq. divisus. Quem, etsi enuntiatum admodum est solutum, tamen cum breves omnes integrae sint, inter cantatos habeamus adiuti librorum lectione: *βέβακεν, ἄ.*

Herc. 905. Recte nos summam vim tribuisse syllabis brevibus versu 905 egregie confirmatur, quem hoc loco addam, quamquam de multis eiusdem modi versibus infra dicendum erit. Libri omnes versus choro continuant. Totum carmen pro stasimo cantatur, sc. ab universo choro — id hoc loco certum videtur, etsi Wilam., si verba eius recte interpretor, coryphaeo id tribuit. Cuius dissertatiuncula (Herc. II, p. 189 sq.), quamquam ei plane assentiri non possum, conferenda est. Nimium antiquam tragœdiam intra philologorum terminos coercere mihi videtur, cum neget quindecim choreutas alternis potuisse canere cum uno histrione aut coryphaeum totius chori verba ad finem perduxisse. Recte quidem coryphaeo plura tribuuntur quam a librariis et editoribus fieri solet, tamen vix tota cantica, sed singuli versus.

Hoc loco Wilamowitzius et Weckleinius recte cognoverunt nonnullos versus choro non posse tribui atque Wilam., qui hoc ipsum

canticum egregie illustravit, mihi persuasit, ut Amphitryoni eos demus, etsi simplicius — quod miro modo nemo editorum coniecit — eis personis, qui in aedibus sunt, tribuuntur, primus liberis, alter tertiusque Megarae. Sed iam haec mittamus et ad ipsam rem redeamus.

Wilam. etiam v. 905 Amphitryoni tribuit, nulla quidem probabili causa, cum coryphaeus optime eum loquatur. Quem verum excidendum esse ex reliquo cantico, iam sensu demonstratur, cum chori verba de sene quaerentia interrumpat et animum ad aedes corruentes adducat, neque vero eum fuisse cantatum ex forma intellegitur:

○—○—|—○—|—○—

Quare coryphaeo tribuendus est, qui cum viderit aedes deleri, id choro enuntiat, qui tum denuo cantare coepit.

V. 896, quem Wil. Amphitryoni tribuit, utrum cantatus an pronuntiatus sit, certe diiudicare non potest. Qui referendus est in numerum eorum dictorum, quae cum senarium non expleant, a choro ita continuantur, ut aut plenus trimetrus aut alius versus efficiatur. Quare illud *δαίον τόδε* re metrica arte coniunctum est cum Amphitryonis verbis neque v., qui statui solet:

δαίον τόδε δαίον μέλος ἐπανλεῖται,

ullo modo recitari potest. Quae cum faciamus, verisimilius est Amphitryonem locutum esse hunc versum (○—○—|—○—), etsi reliquae exclamationes cantatae sunt. Quae tamen in colo tam brevi dubia sunt.¹⁾

¹⁾ In Herc. v. 1184sq., ubi Theseo versuum initia tribuuntur, ex ultima longa arsi (*εὐφημα φώνει. ὦ δεινὰ λέξας. τί φής; τί δράσας*) nihil concludere possumus, etsi hos quoque versus locutus est histrio. Nam potest deduci syllaba longa e totius versus natura qui iambelegus est et illam longam ante membra anaclomena solet praebere. Cf. Ion. v. 1441, qui a Creusa cantatur:

○—○—|—○—○—○—

Cf. etiam vv. sq., quos editores falsissime dividere solent, cum eadem ratione metiendi sint: ○—○—○—:—○—○—○—, idem v. 1483: ○—○—|—○—○—○— (cf. Herc. 1184). Quo cantico non semper tam facile senariorum fragmenta coniungi cum numeris cantatis demonstratur. cf. enim v. 1497, etsi sq. corruptus est, imprimis autem v. 1501, qui ne ab arsi quidem incipiat.

Cf. v. 918 sqq., ubi nuntius semper loquitur, chorus seu potius coryphaeus versus inquiete interrumpit simulque continuat. Quare quod Wilam. recte aperuit nuntii verba a choro ita continuari, ut senarius efficiatur (dim. catal. 913), ad ipsam quidem rem metricam pertinet, in acta autem fabula versiculi clare inter se differebant. Etiam hoc loco versus, quos loquitur nuntius, syllaba producta ornati sunt, (ω^3 λευκὰ γήρα σόματ'), chori autem partes longis vacant.

Herc. 1081. V. trimetrus, qui in proximo cantu alterno 1081 invenitur, casui tribui potest neque quisquam dubitaverit, quin cantatus sit.

Troad. 316. Troadum prima Cassandrae monodia tam salebrosa etiam trimetrum praebet confragosum. Magnopere dolendum est hoc ipsum carmen, quod summa poetae arte tragica confectum est, nondum sanatum esse, fortasse numquam sanatum iri. Iam primi versus, quos restituere conati sunt editores, non sunt Euripidis arte metrica digni, praesertim cum iam supra viderimus dochmiorum genus nequaquam esse tam inconditum quam putarunt viri docti; neque equidem locum inveni, quo hi inter se respondeant vv. dochmiaci:

◡ ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ —
 = — ◡ ◡ — ◡ ◡ ◡

Praeterea verba εὔᾶν εὔοι ut clare respondentia verbis ἰδοὺ ἰδοὺ ex hoc versu separandi sunt ita ut versuum sqq. responsio optima fiat:

| | |
|--|---|
| <p style="text-align: center;">λαμπάσι τόδ' ἱερόν.
ἰδοὺ ἰδοὺ.
μακάριος (μὲν) ὁ γαμέτας
× × ×
μακαρία δ' ἐγὼ
βασιλικοῖς λέκτροις
κατ' Ἄργος ἅ γαμουμένα</p> | <p style="text-align: center;">ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμοῦ
— εὔᾶν εὔοι —
μακαριωτάταις τύχαις.
ὁ χορὸς ὄσιος,
ἄγε σν, Φοῖβέ, νυν·
κατὰ σὸν ἐν δάφναις
ἀνάκτορον θνηπολῶ.</p> |
|--|---|

Eodem modo etiam priores versus respondisse alterum alteri etsi persuasum habeo, tamen mutare quicquam dubito, cum illud

πάλλε τοδ' αἰθέριον vix velit corrigere, qui Euripidis quae sit dicendi ratio cognoverit. Accedit, quod eadem est difficultas in recitandis vv. sqq. Editores satis habuerunt meliorem codicum lectionem ἀναγέλασον in antistropho reicere et deteriorem ἀναγε πόδα σόν (sequitur enim πόδων in v. sq.) recipere, quae aliquo modo eosdem numeros praebet quos stropha:

υ-υ-υ-|υυυυυ|υ
 υ-υ-υ-|υυυυυ|υ-

etsi nemo dixerit, quales sint. V. trimetrus, qui sequitur, in strôpha hanc habet formam:

υ-υ-υ-|υ-υυυ|υ-υυυ,

in antistr. hanc:

υ-υ-υ-|υ-υυυ|υ-υ-υ-

Sequitur:

υ-υ-υ-|υ-υ-υ-

In ultima thesi soluta offendi non posse iam vidimus, tamen illud πατρίδα τε vix iure retinetur.

Troad. 1311. Multo magis insolenter respondent vv. trim. 1311 = 1326 in illo cantico iambico, quo, ut Wilamowitzii utar verbis, poeta tam nove quam andacter fabulae finem facit. Totum carmen ab hoc viro doctissimo in Comm. metr. I, p. 18 sqq. tam egregie illustratum, ut verbo non iam opus sit. Antecedit:

υυυυυ|υ-υ-υ-|υ-υ-υ-1)

Versus ipse in stropha hoc modo compositus est:

- - υυυ|υ-υ-υ-|υ-υ-υ-

in antistropho hoc:

υυυυ - |υυυυυ|υ-υ-υ-.

De prima syllaba iam dictum est, tertii autem metri arsis brevis esse debet (πάτρας) et Burgesii coniecturam ἐπικλύζει falsam esse apparet; neque cognovi, cur haeserit in verbis traditis.

Iph. Taur. 827. Ex Iph. Taur. hic unum locum commemoro, de quo iam supra disputatum est. In cantico, quod alternis

1) In antistr. Seidl. bene περιγέμων τε κτύπον scripsit.

dicunt Orestes et Iphigenia, Iphigenia habet nonnullos trim. iam-
bicos, v. 827, 836, 843, 845, in quibus bis (827, 843) prima
syllaba producta est. Qui cantati esse videntur, quamquam qui
primum versum non posse locutum esse histrionem sponderet,
ineptus esset.

El. 1177 sqq. Iam accedamus ad Electrae ultimum canticum
quod alternis dicunt chorus, Electra, Orestes. De versibus doch-
miacis, qui antecedunt, et de primo stropharum pari admodum
difficili infra disputandum erit, hoc loco duae ultimae iambicae
inserantur plenae quidem trimetrorum qui tamen adeo coniuncti
sunt cum reliquis versibus cantatis, ut vix possint dirimi. In
priori stropha Orestes habet sex metra continuata: trim. plenum,
trim. catalecticum, deinde quinque metra, quorum prima syllabis
suppressis propius accedunt ad genus melicum; finem facientia
senarii speciem praebent. Chorus exhibet iterum sex metra
iambica, quae eodem modo disiuncta sunt, ut alter versus integer,
alter brevibus suppressis variatus sit. Longae solutae non re-
spondent, breves autem omnes integrae sunt.

Librariorum errores omnes fere Seidlerus ingeniose cognovit
et correxit.

In ultima stropha Orestes habet septem metra. Utrum tri-
metrus 1221 recte seiungatur, incertum est (ego malim *ἐμαῖσι*
secundum codices et in antis'r. *πέπλοισ(ι καὶ)*). Electrae
quattuor iambi tribuuntur, choro unus versus, qui alius generis
esse videtur.

Hel. 368. Etiam in Hel. primo cantu alterno editores, ut
semper fere, trimetrum seiungere solent v. 368, nequaquam certa
ratione, cum hic dimetrus: $\sim\sim-|\sim-\sim-$ antecedit.

Phoen. 302. In cantata monodia continua, tam longa quam
Phoen. 302 sqq. histrionem paucos versus 305, 327, 338, qui
forte trimetri iambici formam haberent, locutum esse quis est,
qui arbitretur? Rem metricam cum respiciamus, optime nova
sententia periodusque a senario exorditur, in acta fabula non
potuit alter versus dirimi ab altero. Atque etiam hic syllabis ubi-
que brevibus res confirmatur. De primis versibus iam supra (p. 93)

breviter egimus. Trimetros, quos exhibent libri Laurentiani, homo et rei metricae et Euripidis artis imperitus consuit, libri Marciani lectio quamvis incerta retineri potest.

Phoen. 1710. Ultimi cantici trimetri vix commemorandi — coniuncti enim sunt cum versibus iambicis, qui sequuntur —, nisi quod etiam in v. 1743 et Musgravius, qui σοῦ supplevit, et Matthiae (σῶν) trimetrum statuerunt probatum editoribus, qui ut de re apertissima nihil ultra cogitaverint. Antecedit autem versus iambicus:

— ◡ — | ◡ — — ,

sequitur idem soluta prima longa, inter quos tres senarii, quales in sermone exhibentur, inseri nullo modo possunt. Qui iam multitudine insolita in suspicionem vocantur. Sed ante numeros ipsa lectio spectanda exquirendaque est. Ex scholiastae annotatione recte se supplevisse viri docti sibi persuaserunt. Sed quae exhibent scholia? Nonne haec: ἀθλία εἰμὶ ἔνεκα τῶν σῶν κακῶν καὶ τῶν σου ἀδελφοῦ Πολυνείκουσ ὑβρισμάτων? De Oedipi igitur malis dicit scholiasta et de Polynicis sceleribus, quorum alterum in lectione tradita nullo verbo commemoratur. Hic igitur fere fuit versus:

τάλαιν' ἐγὼ σῶν παθέων
συγγόνου θ' ὑβρισμάτων.

V. sq. retineri potest, cum νέκυσ longa cum vocali υ pronuntiarī possit, ut στάχυσ Herc. v. 5. Quod cum corrector quidam ignoraret, mutatum in cod. Laur. in:

ἄθραπος οἴχεται νέκυσ.

Sed in puerili fere dicendi ratione: ὅς ἐκ δόμων ἄθραπος οἴχεται, ὃν σκότια γὰ καλύψω iure quispiam haeserit. Tamen in his Phoenissis, quam fabulam parum accurate conscriptum esse neminem, qui attento animo legit, fugit, ea argumenta haud multum valent. Fieri autem potest, ut etiam ille versus corruptela aliqua laboret, cum iam supra p. 25 quo modo singula membra videantur respondere, attulerim. Quae cum ita sint, ego unum trim. v. 1745, qui sane cantatur, retineo; quae antecedunt, iambica fuerunt, quot aut qualia, diiudicare non audeo.

Or. 960. Simplicius est carmen iambicum in Or. v. 960 sqq., quod ab Electra cantatur. Quo in emendando lapsi sunt editores, quod iambi ut saepissime nonnullis locis prima brevi suppressa trochaeorum similes sunt. Octo metra continuata decurrunt, quorum ultima hanc habent formam: — ∪ — | ∪ — — (in antistr. Musgr. recte ζῆλος pro ζηλωτός scripsit), deinde trimetrum iambicum sequitur versus corruptus, qui delete verbo Περσεφάσσα non sanatur, cum duas syllabas deesse antistropho demonstratur:

— ∪ — | — ∪ — | ∪ — —

Sequuntur haec:

∪ — — | — ∪ — | ∪ — ∪ — 1)

et senarius et iterum v. corruptus (trochaeum πῆματ' οἴκων vix recte restitui, sed in antistr. nonnulla puto excidisse). Finem faciunt septem metra iambica. Trimetros, qui videntur esse, ex carminis genere apparet deducendos esse.

Or. 986. De epodo iam dictum est. Versibus quales

986. ὄς ἔτεκεν ἔτεκε γενέτορας ἐμέθεν δόμων

990. πελάγεσι διεδίφρευσε, Μυρτίλου φόνον

demonstratur etiam v. 997 et similes:

λόγευμα ποιμνίοισι Μαιάδος τόκου

cantatos esse, nisi iam ex carminis compositione intellexeretur.

Or. 1369. Phrygis monodia admodum festiva, qua Orestis Pyladisque facta narrantur, ut una tractanda et versus trimetri, qui in ea reperiuntur, primum enumerandi:

v. 1409. Antecedit:

— ∪ — | ∪ — ∪ — ,

sequitur:

∪ — ∪ — | ∪ — ∪ — | ∪ — ∪ — | ∪ — — ,

¹⁾ Quos Weckleinus effecit „numeros“

∪ — — ∪ — ∪ — ∪ —

ipsum unum quomodo recitentur puto novisse. Ad iambos certe referri non possunt.

Quare versus, qui sensu cum eis, qui circa sunt, arte coniunctus est, aegre separari potest. Syllabis productis caret.

v. 1413. Qui dividitur syllaba brevi, quae prioris versus finem facit, sensu tamen cohaeret cum illo. Arses purae.

v. 1447. In quo solute posito senarii forma ob eam rem usus est poeta, quod Pyladis verba enarrat servus, quae si in scaena dicta essent, trimetro expressa essent. Quae res clare indicata est prima brevi producta. Praeterea conici potest modos ita comparatos fuisse, ut sermoni similes essent. Praeparatur tamen eius versus metrum et continuatur, ut fieri solet, aliis versibus iambicis. Cf. supra p. 99. Versus, quos editores solent dirimere inde a v. 1444, nulli sunt, auribus satis blanditur aequalis versuum fluxus, si seiungimus ut feci neque versuum monstra statuimus. Eius versus, quem Weckl. effecit verbo *ἰύζων* inserto, iterum ipse reddat rationem:

○ — — ○ — —

v. 1471. Prima syllaba rursus producta. Etiam hunc versum etsi in dialogo omni nuntio tribui potest, cantatum esse apparet, cum ancipites syllabae breves sint. Quae antecedunt et sequuntur, iambica sunt, cf. p. 100, nisi denuo Weckleinium secutus imprudenter dividas, sed iamborum cursum observas.

v. 1474. 1475. 1477. Quae ad v. proximum dicta sunt, hoc loco multo etiam dilucidiora sunt. Versus syllabis productis carent praeter primam v. 1474. Antecedit trimetrus:

○ — — | ○ — — | ○ — —

insertus est trimetrus.

v. 1481. Versus, qui antecedunt, equidem legere nequeo, etiam sqq. difficilia sunt.

v. 1489. Antec. dim. iamb., sequ. quinque dochm.

v. 1493. Antec. dim. iamb., sequ. trim. ultimo metro anaclomeno et trim. catalecticis. Metra igitur novem continuata, quae certa ratione non possunt disiungi, ut omnes fere ultimae periodi versus.

Quos versus respicientibus nobis argumentum, quod positum est in arsis ubique puris, totam rem, de qua disputamus,

apparet, decernere. Nam multa proferat quispiam: in monodia tam longa intersistere debuisse histrionem, ut respiraret; nonnullos versus ita solutos esse, ut optime servus eos loqueretur, praesertim cum sensu et dicendi ratione vix distarent ab eis, qui in diverbio nuntiis tribuerentur. Tamen cum tot exempla praebeat monodia, non admittere voluisse videmus poetam eam licentiam, qua in dialogo semper utitur, neque alia causa potuit commoveri quam quod ipse cantui tribuit illos versus.

Iph. Aul. praetermitto, quod multae aliae quaestiones solvendae sunt, priusquam ex ea fabula „exempla“ afferamus. Neque vero trimetri cantati 1284, 1311, 1318; 1488, 1516 abhorrent ab Euripidis more.

Haec hactenus. Videmus permultis variis causis poetam commotum esse, ut partibus lyricis trimetros iambicos itidem cantatos intermisceret. Qui modo periodi alicuius initium faciunt, modo finem; modo ex ipsa re, modo e numeris eorum versuum, qui antecedunt seu sequuntur, deduci possunt.

Summam vim tribui syllabis brevibus. Atque mihi persuasissimum est id non ad meum me fecisse arbitrium, sed ipsis Euripidis fabulis demonstrari omnes trimetros cantatos syllabis productis carere (praeter primam totius versus), nullam contra dialogi maiorem partem tam sinceros praebere versus. Iam videamus multos versus pronuntiavisse histrionem, quos editores, cum de ea re non cogitarent, ipsis canticis tribuerunt.

§ 4.

Med. 1271. Primum canticum, in quo viros doctos intelligimus ignorare, quae sit difficultas, est in Med. 1271, quod chorus cantat, dum in aedibus Medea liberos occidit. Prius stropharum par inde a v. 1257 e meris constat dochmiis, alterum ex iisdem versibus interruptis liberorum anxiis senariis, qui ad antistrophicam rediguntur rationem, cum chorus ipse eos in antistropho excipiat. Praeterea duos trimetros chorus in antistropho habet, quos in stropha excidisse Schoenius cognovit. Qui etiam in stropha choro tribuendi videntur, cum in v. 1275 verba *παρέλθω δόμους* aliis egeant, quibuscum coniungantur. Num Hensius illa *ὦ θερμόβουλον*, quae scholiasta ad Arist. Ach. 119 ut in Eur. Med.

inventa affert, recte huc rettulerit. hoc loco nequeo quaerere. Equidem chorum de Medea his verbis acerrimis non puto uti posse, cum semper a Medea stet neque, etsi de facto queritur, duris verbis in eam invehatur. Tamen quod Iasoni tribuenda illa verba arbitror, longum est hic explicare, cum non cum hac re cohaereat.

Versus 1277 sq. a liberis in aedibus cantatos non esse verisimile est, ipsa autem forma omnem tollit dubitationem:

v. 1278. ---|---|---

sic etiam in chori verbis:

v. 1288. ---|---|---
 ---|---|---

Consilio fere quodam posuisse videtur poeta graves illas arses, ut praeclare disjungat hos versus a reliquis cantatis. Quare in v. 1288 ἀκτῆς liberorum retinendum est. Versus per se quomodo stare posse apparet. Nam verbis quidem, quae a choro cantata antecedunt, nihil deest:

πιπνὶ δ' ἄ τάλαιν'
 ἐξ ἄλμαν φόνος
 τέκνον δυσσεβῆ,

atque etiam trimetri ipsi, etsi adiunguntur enuntiato antec., tamen eodem modo separari possunt, quo aliis locis in dīverbio altera persona alterius sententiam excipit et continuat.

Manifestum est plane eadem ratione trimetros 1284 sq. positos esse. Tamen inopinatum accidit, ut in utroque versu nulla syllaba longa sit, praeter primam (Ἦρό), quam etiam in cantatis partibus invenimus, atque doleo, quod atrophae versus perierunt, cum fore cōfidam, ut rem firmarent atque probarent (ut illud ᾧ θεομέβουλον σπλάγγρον).

Qui versus cum coryphaeo tribuendi sint, ceteros a toto choro puto cantatos. Nam in memoriam revocentur, quae supra ad Hero. dicta sunt. Dubitationem movere non potest, quod singulari numero choras de se ipso dicit, cum id saepius fiat. Atque contra puerum, qui verba 1277 sq. audivit, clamare: ναί, πρός θεῶν, ἀρήξατε mirum est, si unam feminam neque totum chorum cantantem audivisset. —

Fortunae adversae tribuendum est, quod de eis versibus, quos ut ex primis poetae fabulis primos tractamus, nemo, ni fallor, adhuc omnino dubitavit, quin cantata sint. Tamen quamquam melius fortasse quae proposui demonstrarentur, si a facilioribus ad difficiliora transgredieremur, viam ut ita dicam historicam quippe omnium tutissimam relinquere non audeo, ne deerrem.

Hipp. 817. In Thesei enim cantu lugubri, qui est in Hipp. v. 817sqq., cum de uxoris morte certior factus sit maritus, ter bini senarii a cantico separandi et sermoni tribuendi sunt. Oportet totius carminis ingressum sententiarumque ordinem nos exsequi. Incipit Theseus dolore commotus a brevibus exclamationibus, dolori succumbit, urbem contestatur suum luctum summum esse omnium, fati invocatione primi versus terminantur. A fati memoria deducitur ad verba, quae sequuntur, neque iam in breves et abruptas voces effundit dolorem, sed considerat quasi commentaturque, quam perniciose fatum — ut ipsius verba reddam — ad se et genus suum accesserit, quantam maculam deus quidam ἀλώτωρ necopinanti sibi inusserit. Quamquam non nego verba esse excitatissima, tamen neminem dico qui attente hos versus recitet, fugere multum illos, etiamsi numeros omittimus, differre a vocibus desolatis, quae antecedunt et sequuntur. Pergit enim: „O excidium (mirum illud κατακονά, quod mutari non debet) vitae, quam non iam vivere possum (liceat mihi verbum verbo reddere, ne poetica deleatur vis!), o me miserum, malorum conspicio mare!“ Hucusque omnia summa arte tragica composita, brevibus exclamationibus, et imagine pulchra vehementissime animi eorum, qui audiunt, moventur. * Tum vero ipsius imaginis vis valde deminuitur ieiuno fere enuntiato, quod adiungitur: „Tantum est mare, ut neque umquam retro (hoc verbum est, non „rursus“) ex eo enare nequo ex huius calamitatis unda possim exire.“ Nullum tam longum enuntiatum est in vv. dochmiacis neque antea nec postea et iterum res facile perspicitur. „Quod verbum infelix ego excogitem, ut sortem tuam, o uxor, miserrimam pronuntiem? — Nam ut avis e manibus elapsa es, celeri cursu („saltu“) ad inferos mihi profecta. — [Heu, heu,]¹⁾ tristia, tristia ista mala! Antiquitus alicunde

¹⁾ Cf. supra p. 56.

iras fero deorum ex culpa cuiusdam maiorum.“ Satis habeo ipsius poetae verba reddere neque ultra puto verbis opus esse. Nam quis est, quin discrepantiam videat?

Tamen etiam antistrophum dissolvam, quippe quae multo etiam clarius ea ratione discindatur:

„Quae est sub terra, eam volo, quae est sub terra caligo, eam habitare tenebris mortuus miser ego, — cum tua privatus sim carissima consuetudine, perdidisti enim magis quam periisti — qualem audiam sortem mortiferam? unde, o uxor, ad tuum . . .¹⁾ accessit animum? — Enuntietne quis, quae facta sint, an frustra tyranni aedes continent servorum meorum catervam? — O me miserum, o me tua morte miserandum, qualem aspexi generis mei luctum! — quem nec ferre possum nec verbis exprimere. Immo perii. Inanes aedes, etiam liberi orbi facti sunt. — Reliquisti, reliquisti me, o cara et feminarum optima, quotcumque videt solis splendor et noctis nitor astris illustris.“

Maxime operam dedi, ut poetae rationem redderem, et ne ordinem quidem verborum saepe ausus sum mutare, quem videmus in versibus dochmiacis liberrimum esse, in senariis autem eodem modo quo in diverbio conformatum. Versus dochmiaci brevibus exclamationibus, maestis querelis, nulla fere particula inserta ipsum canticum explent, trimetri iambici abhorrent ab Euripidis ratione, qua in eiusmodi locis carmina componit. Considerat enim Theseus, quanta sit calamitas, quae fuerit causa, quae efficiantur uxoris morte, ut etiam permultis particulis indicatur (bis γὰρ, semel τοσοῦτον ὥστε, vel etiam illa interrogatio dimembris v. 842). Haec est ratio, qua senarii continuati coniungi solent. Quos versus non cantatos esse ab histrione ut ipsa re sic numeris manifeste demonstratur. Senarii quidem primi strophae longis carent praeter primam bis productam, in antistropho autem in altero metro bis longam habent; alterum trimetrorum par in strophae hanc praebet formam:

υ — υ — | υ — υ — | — — υ —
 — — υ — | — — υ — | υ — υ — ,

in antistr.:

¹⁾ V. iterum supra p. 56 sq.

---υ---|υ---υ---|υ---υ---
 υ---υ---|---υ---υ---|υ---υ---;

tertium in str.:

---υ---|υ---υ---|υ---υ---
 ---υ---|---υ---υ---|---υ---υ---,

in antistr.:

---υ--- υ---υ--- |υ---υ---
 υ---υ--- |---υ--- υ--- υ---

Quare huius cantici harmonia, quae hominis metrici auribus tam suaviter blanditur (v. supra), ab iis, qui audiebant, clarius perspiciebatur, dochmios enim cantavit Theseus, senarios pronuntiavit. Ne credat quis eo modo plane dirimi atque discindi canticum! Animus quidem Thesei maestus turbulentusque optime depingitur, cum modo cantet modo loquatur; arte autem musica ex multis partibus unum fecerat poeta canticum, tiliarum cantus numerique non interrompebatur, ut actio ea fere esset, quam nos melodramaticam consuevimus vocare. Quam rem affirmari arbitror Aristotelis auctoritate, cum huc referam Probl. IX, 6, de quo loco multa disputarunt viri docti:

διὰ τί ἡ παρακαταλογία ἐν ταῖς ὄδαῖς τραγικόν; ἢ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν; παθητικὸν γὰρ τὸ ἀνωμαλές, καὶ ἐν μεγέθει τύχης ἢ λύπης. τὸ δὲ ὀμαλές ἔλαττον γοῶδες.

Nam cum καταλογία sit „τὸ τὰ ἴσματα μὴ ὑπὸ μέλει λέγειν (Hesych.)“, i. e. carmen aliquod pronuntiare, non cantare, παρακαταλογία nihil aliud significare potest quam „παρ' ἀλλὸν τὰ ἴσματα λέγειν“, pronuntiare carmen, cum tiliarum modi non interrompantur.

Heracl. 73. Multo etiam magis quam in Hipp. cantico opprimimur in perquirenda Heracl. parodo. Ne nimis sit inopinatus exitus, totum carmen pertractandum est. Sententiarum ordo nimis simplex est. Quare simul possumus observare, quibus numeris expressae sicut sententiae. Breve est diverbium Iolai Copreique, quod com audivisset, chorus auxilio accurrit. Ante ipsum chori carmen libris hi traduntur trimetri Iolao tributi:

ἔα ἔα· τίς ἢ βοή βομοῦ πέλας
 ἔστηκε, ποίαν συμφορὰν δείξει τάχα;

inepte quidem, neque fieri potest, quin ut Lachmannus fecit choro, i. e. coryphaeo tribuantur. Quod cum faciamus, verborum sensus sanus videtur esse, tamen tum demum difficultates existunt innumerabiles, inexplicabiles. Nam quo modo haec acta esse possunt? Semper apud Euripidem chorus prodit in orchestra (nisi iam initio adest ut in Suppl.) primum canticum cantans, quod parodum ob eam rem vocaverunt. Sed hic chorum iam in orchestra esse oportet, cum sequantur verba:

ἴδετε τὸν γέροντ' κτλ.

Tamen totum chorum locum suum iam tenere, cum coryphaeus prima verba loquatur, vix credi potest. An prodiit chorus, dum coryphaeus quaerit, quae clamoris causa fuerit? Eo autem modo Euripides numquam ullam fabulam composuit. An chorus demum dum canticum pronuntiat, in scaenam prodit? Videamus quae sequantur. Conspicit chorus Iolaum humi iacentem:

ἴδετε τὸν γέροντ' ¹⁾
ἀμαλὸν ἐπὶ πέδῳ
χύμενον ὦ τάλας.

Versus sunt dochmiaci. Deinde quaeritur:

πρὸς τοῦ ποτ' ἐν γῆ πιῶμα δύστηνον πίτνεις;

(Unus versus excidit, cf. antistr.) Quis sic interrogat, chorus an coryphaeus? Pergamus! Iolaus respondet, chorus iterum interrogat:

οἶ δ' ἐκ τίρος γῆς, ὦ γέρον, τετράπολιν
ξύνοικον ἤλθες λαόν; ἢ πέρα-
θεν ἄλλῳ πλάτῃ
κατέχετ' ἐκλιπόντες Εὐβοῖδ' ἀκτῶν;

Quis hoc? Versus adeo coniuncti sunt, ut nemo eos dirimere possit. Num omnia ista coryphaeo tribuamus? Neque vero parodus ab uno coryphaeo pronuntiarum potuit neque versus sqq. id permittunt, cum sint meri dochmii 86 sqq. Quare totus chorus videtur cantare. Tamen v. 99 sq. in ant. Copreo tribuuntur,

¹⁾ Iolao trib. libr., choro Lachmann.

quem cantare nemo credat, neque usquam talem versum, qualis
v. 80:

○ — ○ — | — — ○ — | ○ — ○ —
= 101: — — ○ — | — — ○ — | — — ○ —

Euripides choro cantanti dedit. Iam alios videamus numeros.
Ubi invenitur hoc metrum:

○ — ○ — ○ — ○ — ○ —,

quod ab iambis sermonem deducere videtur ad dochmios?

Iam his metricis causis eo adducimur, ut hoc carmen ab Euripide abiudicemus. Sed alia accedunt, quae hoc loco breviter monuerim, quoniam eo a trimetrorum via deflexi seu potius necessario deductus sum. Breve diverbium Coprei et Iolai, quod antecedit et alteram prologi partem explet, mutilatum est. Illud diverbium in Euripidis prologis legitimum est et necessarium neque ex illis paucis verbis constare potest. Quae desint, facile perspicimus. Sunt enim eadem, quae iam choro in cantici fine tribuuntur. Etiam hoc diverbium non Euripidis est, sed alius quidam ex prologo detractum posuit hoc loco paucis verbis mutatis. Parodum igitur, quam Euripides composuit, non iam habemus, ut omnia huius fabulae cantica ab ipso poeta non videntur conscripta esse. Immo illa fabula periit et ad nostram aetatem nihil mansit nisi opus in angustum coactum. Imprimis pro canticis ab Euripide confectis breviora inserta sunt, cum docta videatur haec fabula eis temporibus, quibus chorus in orchestra ab ipsa scaena disiuncta saltabat et eius cantica antiquam vim amiserant. Quae res iam diutius perspecta etiam hac dissertatiuncula confirmatur.

Hec. 1024. In Hec. breve canticum astrophicum v. 1024 sqq. incipit ab hoc trimetro iambico:

— — ○ — ○ — ○ — — —,

quem dochmii sequuntur. Rursus versum 1032 idem coryphaeus locutus est, etsi arte coniunctus videtur cum dochmiis sqq.:

— — ○ — — — ○ — ○ — ○ —

Neque vero hac re adducor, ut totam cantiunculam coryphaeo tribuam. Nam optime ea, cum actionis lacunam expleat, incitatur

coryphaeo enuntiata incipiente, choro continuante. Alteram igitur periodum inde a v. 1032 hoc modo interpretor. Exorditur coryphaeus: „Fallet te spes huius viae, quae te duxit —“et terminari vult enuntiatum satis quiete: „— in tabernaculum, ad thesauros“; sed graviter chorus sententiam continuat inopinato illo: „— ad mortem et inferos!“

Hec. 1088. In monodia longa et continua unum versum supra diximus sermoni tribui vix posse. Unum tamen locum excipere debemus, quo ipso sensu eo adducimur. Atque gaudeo, quod ea, quae iam multo ante ex ipsa re conieceram, hac lege probantur et propterea certo argumento animos possum convertere in locum subtili ingenii elegantia et summa arte tragica compositum. Alteram dico partem Polymestoris monodiae in Hec. 1088 sqq. Optime cur poeta varia metra suo quodque loco posuerit, intellegitur. Polymestor obcaecatus Achivos conclamat, ut miseram suam sortem videant, et exprimit poeta animum eius excitatum versibus dochmiacis, quibus iambi et trochaei inserti sunt:

v. 1088.

~ ~ ~ ~ ~
 ~ ~ ~ ~ ~ | ~ - ~ - ~
 - ~ - ~ - ~ -
 ~ ~ ~ ~ ~ | ~ ~ ~ ~ ~
 ~ ~ ~ ~ ~ | ~ ~ ~ ~ ~
 ~ ~ ~ ~ ~ - ~ ~ ~ ~ ~

Hucusque omnia brevibus exclamationibus exprimuntur. Tum cum nemo clamorem audiat, ad sermonem declinat: „Auditne quis, an nemo auxilio veniet? Quid cunctamini?“ Optime hoc loco senarius stat. Tum iisdem iambis pergens Polymestor eis, quos adstantes fingit, narrat, quae se violaverint feminae. Tamen hi versus multum differunt ab ipso trimetro. Quem cantatum non esse etiam forma demonstratur:

~ - ~ - ~ | ~ - ~ - ~ | ~ - ~ - ~

syllaba brevi magis etiam dividitur a reliquis versibus. Quae cum ita sint, haec in monodia cantata unum habemus versum, quem ponuntiat Polymestor, quo modo eleganter carmen descendit ad sermonem, cum sensu id necessarium videatur, et ascendit

iterum versibus similibus ad genus lyricum. Inseto illo senario totius cantici concitatio multo etiam augetur.

Herc. 735. In chori cantico Herc. 735 sqq., quo gaudio exsultat de Lyco in aedibus ab Hercule occiso, editores, cum ignorant, quae sit senariorum ratio, et suae ipsorum libidini nimium indulgerent, ad incredibiles fere res pellecti sunt. Quamquam Wilamowitzius, ut saepissime, non magis certis argumentis, quibus nos hac in re utimur, quam ingenii sui beneficio verum iudicavit, cum diceret (Herc. II p. 104) primum stropharum par constare e duabus periodis dochmiacis, quas chorus caneret, et e trimetris iambicis, quos coryphaeus loqueretur: sermonis autem genus eodem modo variari, quo personas. Tamen Weckleinus duobus hemichoriis tribuere vult versus, ita ut alterum cantet dochmios, alterum senarios, quorum ultimos quidem coryphaeo reliquit, quoniam in iis bis totum chorum aperte alloquitur coryphaeus. Sed etiam priores trimetros coryphaeo apparet tribuendos cum ex responsione, tum e versuum forma:

740: ---○—|○—○—|○—○—
 ○—○—|—○—○—|○—○—
 747: ---○—|—○—○—|○—○—
 ○—○—|—○—○—|○—○—

Videmus igitur etiam iis locis, quos iam aliis causis coryphaeo tribuimus, syllabas productas nos non deficere.

Herc. 815. Etiam in huius carminis fine trimetri iambici multam effecerunt perturbationem, cum hi de epodo, illi de hemichoriis loquantur, illi omnia continent. Ne Wilamowitzius quidem de horum versuum cantu vere iudicavit, etsi ipsam rem optime illustravit. Diffugit chorus auxius trepidusque, cum deos in theologio aspexerit. Tum illi versus pronuntiantur. Neque enim antiquae est tragoediae personas, maxime chorum ipsa re, quae subito in scaena agitur, excitari, semper fere coryphaeus choreutarum animos ad res inopinatas convertit. Sic etiam hoc loco coryphaeus vv. 815 sqq. loquitur:

---|---|---
 ---|---|---

ut iam verbo: „*γέροντες*“ demonstratur; in numero plurali non magis offendimus quam in eo, quod paulo ante totus chorus de se ipso singulari dicit numero. Mutato autem numero versus sqq. aperte disiunguntur: *πέδαιρε, ἔλα, μοι*. Qua re Wilamowitzius haec colligit. Iisdem personis versus tribui non posse manifestum esse, nisi ultimos versus putet quispiam eidem dari posse cui primos, i. e. coryphaeo et ob eam rem de hemichoriorum ducibus loquatur. Sed chorum cum non in duas partes dividatur, sed diffugiat huc illuc, non habere duos coryphaeos. Immo perturbationem depinxisse poetam tribus choreutis — „tres facere collegium“; qui hos versus „pronuntiaverint aut cantaverint“, neminem dicere posse. — In falsam viam deflexit vir doctus. Primos versus locutus est coryphaeus, ultimi quippe dochmiaci¹⁾ anteposito iambo cantati sunt. Quare nemo eos eidem tribuat. Etiam versus, qui antecedunt 818sq. cantati sunt; trimetrus enim praeter primam nullam habet productam syllabam neque verba *φυγῆ φυγῆ*, i. e. unus iambus, in sermone tolerantur. Quare tria versuum paria coniungi non possunt, et, quamquam allicit animum, quod vir doctissimus coniecit, poetam tribus choreutis multitudinem dissipatam voluisse depingere cavcamus, ne inescemur. Primi versus seiungendi sunt ut a cantico, quod antecedit, ita a verbis, quae sequuntur. Quibus nuntiatur choro deas apparuisse verbis quidem excitatis, ut re flagitatur, tamen nullo modo quam quo semper coryphaeus novam personam in scaenam prodire choro et eis, qui audiunt, solet nuntiare. Duo demum versuum paria, quae sequuntur, chori animum depingunt perturbatum, non numero eorum, qui loquuntur, sed metri inconcinnitate. Supra enim demonstravimus fieri solere, ut etiam tam breves partes astrophicae aliquam in se ipsis responsionem habeant, hic autem poeta consilio quodam versus dissimiles utrique choreutae dedit.

¹⁾ „Corrector quidam cod. Laur. rei metricae imperitus trimetrum iambicum efficere studuit:

ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων,

inepte quidem; neque enim iste senarius potuit cantari.

Utrumque dico choreutam, etsi nescio, an complures cantaverint hos versus, neque vero iidem.

Herc. 905. De v. 905 iam disputavimus p. 72. Quae modo dixi de versibus, quibus coryphaeus, rem novam, quae subito accidit, choro enuntiat, priusquam ipse eam animadvertit, etiam hoc loco optime perspiciuntur.

Herc. 1016. Simile est canticum inde a. v. 1016. Quod facile intellegimus, dummodo iterum Wilamowitzii egregiam sequamur interpretationem. De ipsis numeris iam dictum est, quare hic satis habeo singulas periodos seiungere. Incipit omnis pars lyrica a tribus periodis dochmiacis, quae eodem modo compositae sunt quo aliis locis chori cantica, et pro stasimo collocatae sunt. Quos versus a toto choro cantari ex ipsa re apparet. — Herculis infandum facinus cum aliis comparatur parricidiis, finem faciunt haec: „Heu, quam querelam canam aut lamentum aut carmen feralis aut choream inferorum?“ Tum eccyclema evolvitur. Quae in eo conspiciantur, brevibus „chori“ partibus describuntur. Hermannus singulas periodos ut iam antea singulis choreutis tribui voluit. Cui Weckleinus assentitur. Sed cum ad v. 887 sqq. (II, p. 190) Wil. optime demonstravit id nusquam recte fieri, tum maxime hoc loco multa alia ei opinioni repugnant. Primum novam rem non singuli choreutae, sed ipse coryphaeus nuntiare solet, deinde unus choreuta non loquitur, sed cantat, ut in v. 818 sqq. Trimeter autem iambicus v. 1034 non potuit cantari:

— — — — | — — — — | — — — —

Atque hanc unam periodum coryphaeo, reliquis quibuslibet choreutis tribuere ineptum est. Uno senario 1034 commotus sum, ut totum canticum non choro, sed coryphaeo tribuam. Praeterea eos versus iam monui ex eis esse, quibus subita res choro enuntiat. Quod etsi fieri solet iambicis trimetris aut anapaestis, tamen insolitis numeris pars concitatissima excusationem affert. Senarium quamvis arte sit coniunctus sensu cum verbis antec., non cohaerere cum reliquis versibus cantatis etiam ex partibus respondentibus intellegi potest, de quibus amplius iam dictum est:

φρεῦ φρεῦ·
 ἴδεσθε διάνδιχα κληῖθρα
 κλίεταί ὑψιπύλων δόμων.

—

ᾠμοί
 ἴδεσθε τάδε τέκνα πρὸ πατρὸς
 ἄθλια κείμενα δυστάνου
 εὐδοίτος ὕπνου δεινὸν ἐκ
 παίδων γόνου.

Apparet ea, quae respondent, cantasse coryphaeum, senarium autem et sensu et metro ad sermonem quadrare, ut etiam vv. 1039—1041, qui Amphitryonem nuntiant in scaenam prodire (observandae sunt syllabae productae, dicendi ratio prope accedit ad genus melicum). Conferantur etiam v. 1086 sq., quos idem coryphaeus loquitur.

Ion. 676. Difficillimum est canticum Ion. 676 sqq., quod differre vix videtur ab aliis stasimis. Comperit chorus Ionem Xuthi esse filium et dominae sortem excitatissimis conqueritur verbis. „Video lacrimas et cantus lugubres et lamenta, ubi domina mea stirpem cognoverit esse marito — ipsa autem liberos non habeat et carcat stirpe — quale, o vates, Latonae fili, edidisti oraculum!“ Deinde quaerit, ex qua femina Xutho natus sit filius. Antistrophus ab his verbis incipit: „O carae, num meae dominae haec magna voce in aures clamemus de marito, quocum coniuncta erat eadem spe, — iam autem haec procidit sortibus, ille beatus est — quae senectutem oppetat non culta a liberis venerantibus.“ Metra sunt dochmiaca praeter unum versum, quem utroquo loco uncis inclusi. Cuius sententiam et in strophā et in antistropho eandem fere esse animum percipit, praetera etiam dicendi ratione trimetrus distat a reliquis versibus (cf. *λελειμμένη τέκνων*, ἦ μὲν . . ὃ δὲ). Librarii pertinaciter fere vocalem *η* tradiderunt: *αὐτή, λελειμμένη, ἦ μὲν*. Quorum auctoritatem non multum, tamen non nihil valere vidimus praesertim cum in toto cantico ubique formas „Doricas“ inveniamus. Momentum autem affert, quod in antistropho illo senario enuntiati compositio plane interrumpitur. Si omnia continua cantarentur, illud *ἐσπεσοῦσα* non haberet, quo referatur, cum ancedat: *ὃ δ' ἐπιτελεῖ*, arte autem coniungendum sit cum verbo *τλάμων* in v. 688. Quibus omnibus rebus necessario adducimur, ut sermoni tribuamus trimetrum. Atque iam videamus eius formam:

— — — — | — — — — | — — — — |

Quae res nondum ni fallor observata est. Totumne carmen coryphaei est? Cf. antistrophī initium: *φίλαι*.

El. 1165. Iam transeamus ad id Electrae canticum, cuius alteram partem supra tractavimus, cum multum differat, quamvis videatur similis, ab altera. Inde a Clytaemestrae exclamatione metra hoc modo decurunt: 2 iamb., Clyt. interi., trim. iamb., 5 dochm., trimetri coryphaei, qui amicos in scaenam prodire nuntiat. Dubitare possumus, quis eos versus cecinerit, cum chori stasimum antecedit. Tamen verba *κλέεις ὑπόροφον βοάν*; coryphaeo tribuam ut trimetrum:

— — — — | — — — — | — — — — ,

quippe qui tot syllabis productis omnem dubitationem tollat. Verba, quae sequuntur, totus chorus videtur cantasse.

Deinde canticum alternum incipit. Carmen iambicum gravibus laborat corruptelis, vix unus versus versui respondet. Emendatio hand facilis est, cum in sensu (praeter v. 1192 sq.) non offendamus.

A versu 1181 octo metra sequuntur iambica, quorum quinque in stropha exciderunt, in antistropho miro quodam casu sana manserunt. Electra habet senarium, de quo infra dicendum, deinde tria, denique duo metra iambica. Orestis primus versus corruptus est, tum septem leguntur metra. Versus primus haud facile restituitur, cum in sensu non haereamus. Stropha hoc praebet metrum:

— — — — | — — — — | — — — — ,

antistrophus hoc:

— — — — | — — — — | — — — — | — — — —

Verba *πρὸς αἴραν* delevit Dindorfius, iniuria quidem. Nam mendum in stropha esse syllaba longa, quae est in ultimo metro, apparet. Qui versus certa ratione sanari non potest, confido tamen numeros eosdem fuisse, quos antistrophī, ut Weilius hanc (duram) proposuit lectionem:

ὠὸ τίχας, τεῖς τύχας, τεκοῦσα κᾶτα μήτηρ.

Libri strophae ultimos versus Electrae continuant, Seidlerus recte secundum antistrophum Oresti tribuit. Kirchoffius et Camperus utrumque locum choro dederunt. Sed nescio, quomodo chorus Clytaemestram possit invocare: „O sors, sors tua, mater, quae (? me) peperisti.“ Neque ultimus huius periodi versus choro tribui potest, sensus enim est: „(Mater, tu) poenam dedisti merito caedis patris mei.“ Praeterea totius partis ratio ad unum Orestem quadrat, imprimis illud antistrophi:

δεινὰ δ' εἰργάσω, φίλα, κασίγνητον οὐ θέλοντα.

Choro tribuerunt viri docti hos versus reliquarum stropharum ratione commoti, tamen in ea ipsa re erraverunt. Nam primum e metrorum compositione intellegitur eas seiungendas esse. Deinde observes velim strophis, quae sequuntur eadem ipsam describi, hanc querelis expleri. Denique Electrae primus versus hanc habet formam:

υ-υ-|---υ-|υ-υ-

Strophae versus 1182 tardus et verbis graviter positus impeditus sine dubio sermonis speciem praebet, quae syllaba producta etiam augetur. Quem praesertim cum hac in parte Electra nondum cantaverit, facile seiungimus, in antistropho autem haesitaverit quispiam. Quamquam hoc ipso loco optime cognosci potest, quomodo sermo ascendat quasi ad genus melicum: primum ieiunum illud *ποι δ' ἐγὼ* (εἶμι;), deinde iam clarius *τίν' ἐς χορόν* — tum excitata Electra ad id deflectit, in quo vitae speique summa ei posita est:

τίνα γάμον εἶμι; τίς πόσις με δέξεται;

Hoc loco etiam graviter ipse cantus incipit, a simili quidem versu; sed quis est, quin videat, quantum distet ab impedito illo senario?

Hel. 625. Helenae Menelaique canticum inde a. v. 625 iam pertractavimus, quare nihil hoc loco nisi ipsam rem perquiram.

V. 625sq. non cantico, sed dialogo tribuendi sunt. Menelaus: „o exoptate, inquit, dies, qui mihi dedit, ut te amplectar!“ Helena respondet: „o carissime virorum, longum erat spatium, iam

vero laetitia adest.“ Tum demum ad chorum versa canere incipit, autem postea quoque loquitur. Trimetri enim abundant syllabis productis. Helenae verba (632) a dialogi senariis numeros deducunt ad versus lyricos, iteratur graviter trimetrus iamb. catalecticus, a quo eodem bis posito etiam Menelaus in v. 636 cantare incipit. Qui saepius ad sermonem redit. Quod mirum non est, cum Helenae naturam hoc carmine poeta oculis proponere voluerit, non Menelai; ubique Menelaus ab Helena quippe prima persona, ut ita dicam, obscuratur. Etiam hoc loco Menelai verba nihil nisi fundamentum praebent Helenae cantico et consilio quodam poeta eius partem non eodem modo elaboravit quam Helenae.

Non cantantur: v. 646 sq., 652 sq. De Helenae responso dubito, cum trimetri forma momentum non afferat. Etsi hiatus et syllaba brevi graviter senarius dirimitur, canticum non interrompam, etiam Menelai versum, qui sequitur, cantui tribuam, cum vix quisquam unum versum dochmiacum 659 cantatum putet. Ceteros cunctos Menelai versus (663. 665. 669. 672. 675. 679. 683. 688. 691.) pronuntiavit histrio neque ullus versus syllaba caret producta praeter v. 663.

Phoen. 103. In Phoen. teichoscopia, mira illa epica scaena medio in poemate dramatico, paedagogus ubique loquitur, Antigona cantat, habet autem nonnullos senarios, qui adhuc non satis accurate seiunguntur a reliquis partibus.

V. 123 sq. Dindorfius recte delevit. Nam multa sunt, in quibus haesitemus necesse est. Antigona quaesivit, quis ille esset, qui *πρόπαρ ἀγείται στρατοῦ*, i. e. qui iuxta (*παρ*) primum (*προ*) militum ordinem — ut solent duces — progredereetur. Inepte igitur respondet paedagogus: *λοχαγός, ὃ δέσποινα*¹⁾ cum verba *πρόπαρ ὃς ἀγείται στρατοῦ* soluto sermone reddita plane idem significant quod *λοχαγός*. Qui hunc versum composuit, nescire voluit Antigonom, quid significaret „lochagus,“ nam idem sine dubio iterum in v. 148. ante unum verbum *λοχαγός* paedagogi praefixit notam.

Praeterea ex versibus sqq. (133 et sim.) apparet eos non potuisse cantari, in Antigonae autem verbis hoc loco productae

¹⁾ *δέσποινα* etiam v. 173. Reliquis locis semper *τέκνον, ὃ παῖ, πάφθενε* et sim. inveniuntur.

syllabae non inveniuntur. Forma *αὔδασον*, nisi librariorum est error, demonstratur eum, qui hos versus inseruit, non potuisse discernere inter utrumque versuum genus.

Primus igitur *Antigonae* trimetrus ab Euripide confectus est

v. 131: τὸν δ' ἔξαμείβοντ' οὐχ ὄρῃς Δίρκης ἕδωρ;

deinde v. 141: σὺ δ' ὦ γέρον, πῶς αἰσθάνη σαγῶς τάδε;

v. 145: τίς δ' οὔτος ἀμφὶ μνήμα τὸ Ζήθου περῶ . . .

v. 158: ὦ γίλιτατ', εἰπέ, ποῦ 'στι Πολυνείκης, γέρον;

tum hi versus, quos exorditur *paedagogus*, *Antigona* continuat seu vice versa:

v. 171sq.: . . . ἔνσπονδος.

Ant: οὔτος δ', ὦ γεραιέ, τίς κρυῖ;

ὅς ἕρμα λευκὸν ἠγιοστροφεῖ βεβῶς;

v. 179: . . . Καπανεύς;

Paed.: ἐκείνος προσβάσεις τεκμαίρεται

πύργων ἄνω τε καὶ κάτω τεῖχη μετρῶν.

v. 161sq.: plane soluti:

P. ὄρῃς; A. ὄρῶ δῆτ' οὐ σαγῶς, ὄρῶ δέ πως

μορφηῆς τίπωμα στέργα τ' ἔξηκασμένα.

Qui omnes facile seiunguntur a partibus cantatis, nusquam desunt syllabae productae; semper *paedagogi* senarii antecedunt aut sequuntur. Simili loco ponitur v. 138:

ὡς ἀλλόχρως ὄπλοισι, μειξοβάρβαρος,

forma autem nihil demonstratur. Atque dubitare possumus, cum conferamus vv. 148. 168., qui miro modo inserti sunt. Neque enim secerni possunt ab eis, qui circa sunt, et syllabis vocant productis. Quos ut trimetros recitandos esse ex eo intellegitur, quod brevis syllaba utriusque finem facit, utrumque *dochmii* circumdant. Alter altero fulcitur neque suo iure priorem *Dindorfius* (cf. *Metr.* p. 275) in *dimetri dochmiaci* formam conatus est redigere.

Phoen. 291. Brevis cantiuncula non incipit a verbis ὦ συγγένεια κτλ, sed demum ab illo γονυτετεῖς. Primi enim

versus ut 280 sqq. coryphaei sunt, diverbio tribuendi neque cantati. Cf.:

---|---|---
 ---|---|---

Wilamowitzium puto totum canticum coryphaeo daturum esse, equidem etiam hoc loco ei non assentirer. Nam aperte mihi videtur dividi coryphaei pars a chori, maxime iterata invocatione ἄναξ.

Or. 1246. Implicatus videtur cantus, quem alternis dicunt Electra et chorus in Or. v. 1246 sqq., tamen facile in duas partes dividitur, quarum altera ipsum canticum continet, altera de viis custodiendis agit eodem modo quo in sermone aliquo. Quae cum cantata non sit, et in stropha et in antistropha differt a versibus cantatis, constat enim e duobus Electrae versibus 1251. 1252. et tribus chori 1258 sqq., qui librorum auctoritate duorum hemichoriorum ducibus tribuntur, necessario quidem. Videmus Wilamowitzium recte animadvertisse eis locis, quibus opus est chorum dividi in duas partes, librorum memoriam non plane nos deficere. Ceteros versus equidem non iisdem coryphaeis, sed toti choro et in antistr. singulis hemichoriis tribuo, neque enim ulla re cogimur de uno choreuta cogitare. Coryphaeos et Electram illos versus pronuntiare, non cantare permultis affirmatur syllabis productis.

Etiam in cantiuncula astrophica, quae sequitur, accurate secernuntur ei versus, in quibus Electra et chorus de via custodienda, et ei, in quibus de facinore in aedibus exsequendo dicunt. Electra nisi duos medios versus: τάχα τις Ἀργείων κτλ. non cantat, versus, qui et initium et finem faciunt, sermonis sunt, itidem vv. 1297. 1298. Cui personae tribuenda sint verba, e libris certe non perspicitur. Dubitamus, utrum coryphaeo an Electrae senarios tribuamus. Nam ex ipsa re Electram clamorem prius audisse verisimile est, cum aedibus prope adstet, chorus autem remotis locis utramque viam, quae ad aedes ducit, custodiat, ex poetae autem usu eiusmodi versus coryphaeo tribui solent. Neque hoc loco ideo eum usum omittam, quod verba lyrica quae sequuntur, Electrae videntur esse. Hermanno autem, qui etiam hic de duobus hemichoriorum ducibus cogitat, assentiri nequeo eis causis commotus, quas supra attuli. — Addam v. 1302 sqq. Electrae

tribui vix posse. Nam si ei hoc carmen tribuimus, nemo intellegit, quid sibi velint coryphaei verba:

1311. *σιγάτε σιγάτ',*

quae non ad Electram pertinere possunt, sed ad chorum clamantem. Quam rem explicare voluit is, qui huic versui in cod. E archetypo ascripsit verba ὄλος ὁ χορός, quae a librario ut personae nota praefixa sunt.

Or. 1353. Eandem componendi rationem paulo post iterum invenimus in eo cantico, quod Phrygis longam monodiam antecedit. Cui respondent postea vv. 1537sq. Etiam hic cui personae sint strophae versus, in contrarias discedunt sententias. Nam Electrae notam a librariis praefixam Seidlerus mutavit ex antistrophi responsione in chori, vix suo iure, cum difficultates obstent intolerabiles. Primum Electram verisimile est eodem modo ad clamorem excitare chorum, quo supra eum tacere iussit, tum ante v. 1361 incisio magna est, quae declarari vix potest, nisi nova persona i. e. chorus canere incipit. Caveamus, ne eiusmodi responsionibus nimiam habeamus fidem! Saepe fallimur. Hoc loco praeterea trimetris singulari modo positus demonstratur uni personae, Electrae, cantici priorem partem tribuendam esse. Est exemplum senariorum non cantatorum, qui audacissime ut in loco excitato versibus lyricis intermixti sunt. Ab antistropho velim multo dilucidior incipiamus, quae certe chori sit (cf. *τί δρωμεν κτλ.*) Quinque dochmii excitati ab initio decurrunt, deinde cum chorus cunctetur, quidnam faciat, duo trimetri soluti interpositi sunt:

υ υ υ - | - - υ - | υ - υ -
 - - υ - | υ - υ - | υ - υ -

Quos cantatos non esse ex forma nisi ex re apparet. Tum chorus, cum fumum animadverterit ex aedibus evolvi, iterum dochmiis, quae videat, exprimit. Cuius rei causam idem coryphaeus indicat iisdem senariis:

- - υ - | - - υ - | - - υ -
 - - υ - | - - υ - | - - υ -

Quorum de genere ne quis dubitet, syllabis efficitur usque productis. Tum denuo chorus cantat idemque carminis finem facit. Omnia optime se habent.

Iam videamus, quomodo stropha respondeat. Trimetrorum forma:

— — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ —

◡ — ◡ — | — — ◡ — | ◡ — ◡ —

et:

— — ◡ — ; — — ◡ — | ◡ — ◡ —

◡ — ◡ — | ◡ — ◡ — | ◡ — ◡ —

omnem praecedit dubitationem. Attamen admodum cohaeret trimetrorum sententia cum versuum cantatorum, maxime in priore senariorum pari. Quare cum lectio sana videatur esse, haec voluisse puto poetam: Electram excitatam primum nulla certa causa commotam chorum admonere, ut de caede in aedibus facta clamet, tum demum etiam id cogitasse ea re factum aliquamdiu posse celari et ad id demonstrandum subito a versibus cantatis deflexisse ad sermonem. — Difficile est, sed necessarium. Neque enim philologorum est ex facilibus exemplis ducere regulam, difficiliora excipere.

III.

De versibus dochmiacis.

In Herc. v. 1054 sqq. hi reperiuntur versus:

Amph. οὐκ ἀτρεμαῖα θρηῆνον αἰάζετ¹⁾, ὃ γέροντες;
 [μ]ῆ δέσμ' ἀνεγειρόμενος χαλάσας ἀπολεῖ πόλιν,
 ἀπὸ δὲ πατέρα, μέλαθρά τε καταράξει²⁾.

Chor. ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι.

Amph. σίγα πνοὰς μάθω φέρε πρὸς οὓς βάλω.

Qui sunt in eo cantu, quem alternis dicunt Amphitryon et chorus, cum eccyclema sit evolutum, in quo Hercules recubat somno domitus et uxoris filiorumque corpora ab illo occisa. Incipiunt, metrum si respicimus, versus inde a v. 1042 a dochmiis, qui formam praebent nullo modo diversam ab usitatissimis. Iam, ut solent poetae tragici, alius generis versus dochmiis commiscentur. Metra sunt iambica interpositis versiculis, quos Reizianos consuevimus vocare; tum dochmii, iambi, anapaesti sequuntur, quos cum de eis infra sit dicendum, hic omittamus; denique versu 1057, quem supra exscripsi, ad ipsos dochmios revertitur poeta. Qui versus non nullas praebet difficultates. Ut priorum temporum viri docti etiam Wilamowitzius, cum explicet versuum metra (II², p. 191) eum dicit dochmium esse cum proceleusmatica, i. e. duplici anacrusi, et eo adducitur exemplis, quae affert Herc. 878. Bacch. 989. 998., de quibus infra disputabimus. Primum velim, quae sit ipsa res, perspicimus.

¹⁾ Sic recte Hermann. Codd.: ἀτρεμῖα . . αἰάζετ'

²⁾ Codd. καταράξι, em. Pflugk.

Qua ex regula metrica ducuntur tales versus qualis $\cup\cup-\cup\cup-$?
 Duae offeruntur causae, quarum altera haec est. Constat dochmiorum breves produci posse. Quas in duas breves iterum dicunt dissolvi posse eodem modo, quo eae, quae per se habent longam mensuram. In eo obliviscuntur longe aliam esse rationem syllabarum productarum et puerilem futuram fuisse Graecorum rem metricam, si omnes breves produxissent, productas autem iterum dissolvissent. Quo loco subsistendum? — Quae tamen opinio neque antiquis rei metricae interpretibus neque his temporibus viris doctis probatur.

Altera, quam nuper etiam Wil. protulit in Herc. II² p. 265, opinio haec est. Accidit, ut occurrant nobis, cum versus dochmiacos perscrutamur, nonnullae syllabae, quae per se metrum non faciunt neque ullo modo videntur intellegi posse. Quare eas secernendas putant viri docti a reliquis metris, cum interiectae sicut ut integri versus fragmenta. Est ea ratio veterum interpretum, qui metra, quaecumque sunt, in partes dividunt et, ut exemplum afferam, dochmium dicunt esse compositum ex antispasto et syllaba (Hephaest. p. 185 W.). Quam rationem etiam Hermannus secutus est ut in aliis metris, ita in versibus dochmiacis et ad eam rem putat pertinere Arist. Probl. IX, 6 (de quo loco iam supra p. 134 egimus), Plut. de mus. 1140 F. Cf. Elem. doctr. metr. p. 285. Quae ratio nobis non potest sufficere, qui metra componenda, non dirimenda didicerimus esse.

Tamen distinguamus inter syllabas et metra (ternas et plures syllabas). Non ignoro etiam in hac disputatione multa ob eam rem esse dubia, quod modos musicos libri non servarunt. Fieri potest, ut multa metrorum fragmenta, quae nos iam non possumus redigere ad eorum rationem, quae sola nominare et legere consuevimus, modis musicis ita expleta fuerint, ut plena essent metra. Sed vanae sunt cogitationes. Nam artis musicae thesauros abditos in terrae visceribus nondum protrahimus, nescimus, an in aeternum reconditi maneant occultique ut arcana obsignata atque clausa saeculorum anulo. Nos earum modo rerum rationem habere possumus, quas perspicere nobis licet; conemur necesse est collatis similibus locis certas regulas statuere neque multa restant, de quibus desperemus. Quare etsi tres etiam syllabas „collegium facere“ concedimus atque — heu satis saepe! — maiores versus

componere nequimus, nusquam in eo substistamus, ut unam aut duas syllabas metri alicuius fragmenta vocemus neque coniungere conemur cum aliis, ut versus efficiamus.

Qua ex re profecti dubios illos locos perscrutemur. Incipiamus a versibus simplicioribus, qui facilius intellegi possunt quam ei, quos supra apposui, qui syllabis solutis admodum obscuri esse videantur.

Plurima illorum dubiorum metrorum sunt in canticis solutis. Quae res summas praebet difficultates. Nam et libris parum possumus fidei habere praesertim cum versus tradantur inusitati, neque in emendandis eis locis securi sumus, nisi antistrophica ratione adiuvamur. Quare caute agamus et ubicumque fieri potest, a canticis strophicis proficiscamur, ne de via aberremus.

§ 1.

Chori primum stasimum, quod est in Oreste, sic exorditur:

v. 316. str.

αἰᾶ,
δρομάδες ὃ πτεροφόροι
ποτιάδες θεαί.

v. 322. ant.

[ι]ω Ζεῦ,
τίς ἔλεος, τίς ὄδ' ἀγών
φόνιος ἔρχεται.

Incipit igitur ab interiectione, quae cum in omni metrorum genere tum in ipsis dochmiis saepe secernitur a reliquis versibus¹⁾, sequuntur versus:

~~~~~  
~~~~~

quorum alterum dochmium (~~~~) esse facile intellegitur, alterum idem metrum praebere duabus syllabis brevibus antepositis: ~~~~~ nescio, an quis putet. Recte autem

¹⁾ Illud ipsum *αἰᾶ* his locis: Med. 111, 143. Hipp. 208. Andr. 829. Suppl. 806—819. Phoen. 1340. Saepius bis positum. Praeterea in dialogo Med. 1008. Multi alii loci dubii, cum strophica ratione non adiuvemur.

omnes eum versum recitarent, nisi in carmine dochmiaco reperirent, in quo omnia solemus metra dochmiorum similia dochmios putare. Est enim dimetrus creticus:

~~~~|~~~~,

qui saepius invenitur apud Euripidem positus inter iambos et dochmios, cum illo traducere videatur metrum poeta ab iamborum aequabili fluxu ad excitatos et inquietos versus dochmiacos<sup>1)</sup>.

Eodem enim loco idem versus extat<sup>2)</sup> in Hipp. v. 362—669:

|      |                                                                                               |
|------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| str. | <i>ἄιες ὦ, ἔκλυες ὦ<br/>ἀνήκουστα τᾶς<br/>τυράννου πάθῃ<br/>μέλεα θρηνύμενας<sup>3)</sup></i> |
| ant. | <i>τάλανες ὦ κακοτυχεῖς<br/>γυναικῶν πότμοι.<br/>τίν' αὖ νῦν τέχραν<br/>ἔχομεν ἐλπίδος.</i>   |

Concedendum utroque loco non posse diiudicari, utrum creticorum an bacchiorum numero versus habendi sint<sup>4)</sup>, praesertim cum, ut his locis, et bacchii et cretici (quamquam non toties, quoties anapaesti soleant verborum finibus terminari<sup>5)</sup>). Tamen creticos, cum multo sint crebriores, recte etiam hic statui puto.

Eodem modo legendus est Phoen. v. 320:

*ἦ ποθεινὸς φίλοις  
ἦ ποθεινὸς Θήβαις,*

<sup>1)</sup> Sic etiam Ion v. 1457, quem hoc modo perscribo:

~~~~~|~~~~~|~~~~~|~~~~~.

²⁾ Iisdem creticis postea v. 366 dochmiorum cursum redardat poeta et ad iambos revertitur:

~~~~|~~~~~  
 ~~~~|~~~~~

³⁾ Cf. de scriptura supra p. 58.

⁴⁾ Ut saepius. Cf. Phoen. 113: ὅς ἐπ' ἐμὴν πόλιν ἔβα πέρσων:

~~~~~(~~~~~)|~~~~~.

<sup>5)</sup> Cf. in carm. dochm.: cret. Hec. 1081. Herc. 897. 915. 921. 1196. 1204 et multis aliis locis; bacch. Tro. 321. Ion 1465. Phoen. 187. Bacch. 1181—1197.

qui versus ut traduntur, dochmiaci videntur esse anteposita una longa syllaba. Est autem prior hic quoque dimetrus creticus: — ◡ — | — ◡ —. Alter propter longam mediam syllabam idem esse non potest. Quare recte puto Blassium alterum ᾗ̄ delere, ut merus sequatur dochmius.

Hic etiam locus, quem affert Wil., Bacch. 988 sq. = 1008 sq. inserendus est. Wil. cum versus seiungeret:

str. τίς ἄρα νιν ἔτεκεν; οὐ  
 γὰρ ἐξ αἵματος γυναικῶν ἔγεν . . .

ant. ἐπὶ τὰ καλὰ βίον ᾗ̄-  
 μαρ ἐς νύκτα τ' εὐαγοῦντ' εὐσεβεῖν . . .

in eo erravit, quod verba γὰρ ἐξ αἵματος, cum dochmii speciem praeberent, dochmium putavit esse. Tamen non sic distinguendi sunt versus, sed sententiae incisione, quae est in strophā, etiam versus finiendus est, ut hoc efficiatur metrum:

◡ ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ =  
 — ◡ — | — ◡ — | ◡ — — ◡ —

Itaque etiam hic idem est dimetrus creticus, nequaquam dochmius cum duplici anacrusi.

Eiusdem modi versus omnibus codicibus traduntur in Hec. v. 1081:

ναῖς ὅπως ποντίοις πείσμασιν λιτόχροκον κτλ.

Qui inde a verbo ὅπως et syllabis -μασιν ut dochmiaci possunt legi, etsi certe quattuor sunt cretici, qui singulis verbis terminantur. Hic est primus quem tractamus locus, quo viri docti nulla alia causa quam ut integros efficerent dochmios, quae libris traduntur, mutaverunt.

His et multis aliis qui infra tractandi sunt locis in eo erraverunt viri docti, quod in carminibus dochmiacis vix alia metra putabant esse quam ipsa dochmiaca. Sed est uberrima copia similium versuum, qui dochmiis inermixti haec carmina multo magis quam alia reddunt varia et pulchra. Atque poetarum tragicorum imprimis Euripidis mira quaedam est ars, qua periodos composuit in canticis dochmiacis non dochmiacas, sed ad dochmiorum similitudinem factas. Quam rem Seidlerus, etsi non plane est persecutus, rectissime observavit. (Cf. Seidler, de verss. dochm. trag. Graec. p. 140 sqq.)

## § 2.

Nonnulla etiam afferam, priusquam ad difficiliora transeamus, eius rei exempla. Iterum a strophicis profiscamur canticis.

Phoen. 1287:

str. ἔλεος ἔλεος ἔμολε ματέρος δειλαίας.

ant. πέσα πέσα δά' ἀντίχ' αἰμάξετον.

Antecedunt sex metra anapaestica (fortasse octo); huius versus initium dochmium esse permultis syllabis brevibus probatur: ~~~~~, restat ~---~. Videtur esse inde a syllabis *τερος* dochmius, sed syllabae ~ - nullum metrum conficiunt. Quare dimetrus est iambicus, qui suppressa alterius metri priore syllaba ad dochmiorum similitudinem accedit.

De Hipp. 830 sq.—848 sq. amplius iam disputavimus p. 56 sq.

str. μέλεα μέλεα τάδε πάθη  
πρόσωθεν πόθεν δ' κτέ.

ant. ἔλιπες, ἔλιπες ὦ φίλα  
γυναικῶν ἀρίστα κτέ.

Quorum versuum prior non et dochmius, sed hic:

~~~~~|~~~~~

Tum demum iterum dochmii decurrunt.

Etiam in Herc. 737 eiusmodi extat versus:

ἰὸ δίκαια καὶ θεῶν παλίρρους πότμος.

Interiectionem cum eis, quae sequuntur, coniungendam esse anti-stropho demonstratur.

v. 752.

βοῶ φόνου φροίμιον στενάξων ἄναξ.

Antecedunt quattuor dochmii, hic autem versus sic legendus est:

~---~|~---~ ~---~

i. e. 2 iamb. + dochm.

Iambicus, non dochmiacus est etiam Or. v. 1375:

ἀλλὰ πᾶ γύγω, ξένοι

~---~|~---~

antecedunt iambi, sequuntur dochmii. Eundem autem versum usitatissimum Hermannus p. 256 dochmium vocat „iambo“ auctum.

Duo alii loci, quos affert Seidlerus p. 115, eodem modo metiendi sunt:

Iph. Aul. 1475:

ἄγετέ με τὰν Ἰλίον . . .

~~~~~|~~~~~

Or. 1362.:

διὰ δίκας ἔβα θεῶν . . .

~~~~~|~~~~~!)

(Suppl. 1071 interiectio secernenda videtur:

ἰώ

γύνοι, δεινὸν ἔργον ἐξειργάσω.)

§ 3.

Cum omnibus his locis versus dochmiis similes non ipsos dochmios viderimus agnoscendos esse, alii sunt versus in canticis dochmiacis, qui ex ullo aliorum metrorum genere vix possunt deduci.

Proficiscamur ab Ionis cantico 1441sq., in quo unum ex illis metris toties invenimus, ut errare non possimus:

v. 1480:

τὸν ἐλαιοσυῆ πάγον θάσσει.

~~~~~|~~~~~

idem v. 1482:

παρ' ἀηδόριον πέτραν<sup>2)</sup> Φοίβη.

v. 1486:

δεκάτω δέ σε μηνὸς ἐν κύκλω.

<sup>1)</sup> antistr. v. 1545 corruptus videtur esse.

<sup>2)</sup> Ex concentu apparet verbum πέτραν cum brevi syllaba pronuntiandum neque finem anapaesticum esse. Tamen fieri potest, ut etiam in dochm. anaclasticis (nam ii sunt illi dimetri anapaestici cf. Wil. Herc. p. 220) breves contrahantur. Cf. Herc. 1085:

ἀναβακχέσει Καδμείων πόλιν

~~~~~|~~~~~

v. 1495:

ἀνὰ δ' ἄντρον ἔρημον οἰωνῶν.

Vix quisquam Seidlerum (p. 139.) secutus hoc modo versus dirimat:

υ υ υ υ υ υ | --- ,

cum „molossus“ per se nullum sit metrum.

Eodem loco illud membrum υ --- invenimus in Hel. v. 657:

ἀδόκητον ἔχω σε πρὸς στέρνοις.

In Troad. 281:

μυσαρῶ δολίῳ λέλογχα φασὶ δουλεύειν

eadem dipodia anapaestica (dochm. anacl.) uno metro iambica aucta est.

In Herc. v. 1024:

λυσσάδι συγκατειργάσω μοίρα¹⁾

et Alc. 413:

*ἀνόνατ' ἀνόνατ' ἐνύμφευσας οὐδε γήρωσ ἔβας τέλος
σὺν τῷδ'²⁾*

(υ υ υ υ υ υ | υ υ υ υ υ υ | υ υ υ υ υ υ | υ υ υ υ υ υ)

dochmii antecedunt.

Addendi sunt praeterea omnes ei loci, quibus interiectio *ὡ* μοί μοι separatim posita est, quippe quae idem praebeat metrum:

υ --- .

Quos versus, quibus in metris, quos novimus, locus non est, a versibus alius generis saepissime cognoscimus ad dochmios transducere carmen. Quare recte puto Wilamowitzium (Herc. II, 218) eum dochmium vocasse suppressa brevi, nescio an melius dicatur catalecticus (cf. p. 85 adn.). Atque quae supra vidimus de aliis versibus hic de ipsis dochmiis potest intellegi. Sunt enim ii versus mira arte ita conformati, ut intercedant inter duos varii generis versus quorum utriusque aliquo modo similes sunt.

¹⁾ De interpretatione cf. Wil. p. 222 sq.

²⁾ Strophae versus corrupti.

§ 4.

Iam redeamus, unde sumus profecti, et quaeramus, qualis sit versus Herc. 1057:

ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι.

Ad quem explicandam gaudeo, quod iterum a strophica loco possumus incipere, ut securi novam viam ingrediamur. In Ion. v. 687 sq. haec reperiuntur:

*δειμαίνω συμφορὰν
ἔφ' ὅ ποτε βιάσεται.*

= 706 sq.

*καὶ θεοῖσιν μὴ τέχνοι
καλλίγλογα πέλαγον ἐπὶ . . .*

Lectio sine dubio vera numquam acriter graviterve impugnata est. Carmen est dochmiacum, antecedunt dochmii, deinde a. v. 685 haec sequuntur:

○ — ○ — —
— ○ — — ○ — — — ,

tum illis versibus, quos apposui, ad dochmios redit poeta. Qui iambici esse non possunt (ut — — — | — — cf. Tro. 579 sq: *αἰαὶ τόν δ' ἀλγέων. ὦ Ζεῦ καὶ συμφορᾶς*); cum alter dimetrum non expleat et mira sit libera responsio:

— ○ — — — — = — ○ — — — — — ,

neque omnino ex metris notis possunt deduci. Sed priusquam hanc quaestionem possimus diiudicare, hunc versum oportet exemplis probari, qui ab ineuntis saeculi viris doctis, qui eum tripodiam iambicam, cum iambum arbitrarentur constare e brevi et longa syllaba, ducebant, rarus putabatur, his autem temporibus ni fallor, cum non esse iambicum intellexerimus, omnino omittitur vel etiam extare eum in tragicorum partibus lyricis negatur. Quem tamen non modo rarum, sed frequentissimum esse facile intellegitur exemplis, quae afferam, quae viros doctos fugisse ex eo tantum declarari potest, quod versus dochmiis similes in dochmiis mutare, mutatos in textum recipere consuevimus.

Simili modo poeta eodem metro usus est, dummodo librorum sequamur auctoritatem neque metricis causis mutemus quicquam, cum alia habeamus exempla his locis:

Phoen. v. 114. dochm., $\cup\cup\cup\text{---}\cup\text{---}$, 3 dochm.

Phoen. 127 sqq.: $\tilde{\eta}$, iamb., dochm., iamb., dochm. anacl., 2 iamb., $\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$, dochm.

Phoen. 331, antecedunt dochm., 2 dochm. anacl.¹⁾, deinde $\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$, sequuntur iambi.

De Iph. Taur. 643 sqq. iam diximus p. 88. Utut ea sunt, quae ibi monui, vv. 645 et 649 dilucide hoc praebent metrum:

$\cup\cup\cup\text{---}\text{---}$.

De Andr. 855 sqq. cf. p. 115. Metra inde a v. 855 haec:

$\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$

$\cup\cup\cup\text{---}\text{---}$

$\cup\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$

$\text{---}\cup\text{---}\cup\text{---}$

Etiam in Hel. 628 librorum lectio:

περιπετάσασα χέρα

= $\cup\cup\cup\text{---}\cup\text{---}$

optime retinetur. Antecedunt, sequuntur dochmii.

Inter hos locos iam eum videmus versum inserendum esse, a quo sumus profecti Herc. v. 1057:

ἀδύνατ' ἀδύνατά μοι

= $\cup\cup\cup\cup\cup\text{---}^2)$

¹⁾ Prior ut Ion 1498: *τέκνον οὐκ ἀδάκρυτον*.

²⁾ Id metrum, de quo disputamus, non proprium esse Euripidis Sophoclis fabulis demonstratur. Miram quidem illam epodum El. 502 vix audeo afferre, cum in omnibus versibus paenultima syllaba longa sit (etiā 511 *ἀλκίᾱ*) ideoque iambica videantur metra esse: $\cup\tilde{\cup}\cup\text{---}|\text{---}$ (v. 510, qui dochmiacus videtur esse, Hermanni facili coniectura *παγγροσέων* idem praebet metrum. v. 514, qui iambicus esse non potest, scholiis in suspicionem vocatur) Aperta autem res est in El. 1240 *τὰν αἰὲν ἀδομίτων* = 1261 *γε σοῦ πεφηρότος*, sequ. duo dochm., deinde iterum $\cup\text{---}\cup\text{---}\text{---}$ et dochm.; Ant. 1275 *οἷμοι λακπάτητον ἀντρέπων χαρών* = 1299 *τάλας, τὸν δ' ἔναντα προσβλέπω νεκρόν*, i. e. $\text{---}\text{---}\cup\text{---}|\cup\text{---}\cup\text{---}\text{---}$, antec. iamb., sequ. dochm. Omnia sunt strophica et propterea minime dubia.

Quos versus cum respicimus, dochmiis intellegimus esse simillimos, praesertim cum et producantur et solvantur syllabae eodem modo, quo in metris dochmiacis:

~~~~~

Iambi esse non possunt neque Hermannus quicquam veri assecutus est, cum ischiorrhogicos eos vocaret, quod inane est nomen, nihil aliud. Immo dochmiis tribuendi, pleni sunt dochmii, e quibus altera brevi suppressa usitatae formae ducuntur. Quare versus dochmiacus e semitrimetro iambico videtur ortus esse, seu potius dimetrus dochmiacus e senario. Accedit enim, quod in nullo „pleno dochmio“ altera brevis syllaba producta est. Certum autem argumentum Ion. v. 1471 mihi, nescio an aliis, praebet:

Ion. πῶ; εἶπας; Cr. ἄλλοθεν γέγονας ἄλλοθεν.

i. e.

--- ~ ~ ~ ~ | ~ ~ ~ ~ --- .

---

# Index.

Nota † apposita est eis locis, quibus novam conatus sum indicare emendandi viam.

	pag.		pag.
<b>Alc.</b> . . . . .	115	<b>Hec.</b> 715 . . . . .	115
413 . . . . .	155	950 . . . . .	111
<b>Andr.</b> 281 . . . . .	109	1024—1034 . . . . .	136
299. 479. 491 . . . . .	110	† 1056—1106 . . . . .	67
501—536 . . . . .	37	1077 . . . . .	157
† 825—865 . . . . .	60	1081 . . . . .	152
855 . . . . .	158	1088 . . . . .	136
1197—1225 . . . . .	120	<b>Hel.</b> † 229—251 . . . . .	17
<b>Bacch.</b> † 135—169 . . . . .	50	234. 43 . . . . .	113
† 556—575 . . . . .	33	† 330—385 . . . . .	19
576—603 . . . . .	30	368 . . . . .	126
902—911 . . . . .	52	† 515—527 . . . . .	46
998 . . . . .	152	625 . . . . .	143
992 . . . . .	115	† 627—697 . . . . .	90
1017—1023 . . . . .	103	628 . . . . .	158
† 1034—1042 . . . . .	103	657 . . . . .	155
1153—1164 . . . . .	103	† 1117. 1148 . . . . .	114
<b>El.</b> 112—166 . . . . .	42	<b>Heracl.</b> † 73—110 . . . . .	134
150—156 . . . . .	41	371—380 . . . . .	35
167—212 . . . . .	43	<b>Herc.</b> 130—137 . . . . .	32
476—486 . . . . .	16	348—379 . . . . .	36
585—595 . . . . .	89	416 . . . . .	112
1166—1171 . . . . .	90	735—762 . . . . .	137
† 1165—1205 . . . . .	141	737. 752 . . . . .	153
1206—1232 . . . . .	126	770 . . . . .	113
<b>Hec.</b> † 647—657 . . . . .	37	815—821 . . . . .	138
651 . . . . .	111	† 875—903 . . . . .	70
† 684—720 . . . . .	65. 120	880. 896. 905. 918 . . . . .	122

	pag.		pag.
† 1015—1041 . . . . .	72. 139	Or. † 982—1012 . . . . .	28
1024 . . . . .	155	1246—1285 . . . . .	145
1042—1085 . . . . .	73. 148	1286—1310 . . . . .	96
1057 . . . . .	156. 158	1353—1365 (1537—1548)	102
1081 . . . . .	124		[146
† 1178—1213 . . . . .	75	1362 . . . . .	154
1184 . . . . .	123	† 1369—1502 . . . . .	96. 128
Hipp. 58—72 . . . . .	35	Phoen. 103—192 . . . . .	144
† 362—372 . . . . .	58. 119. 151	114. 127 . . . . .	158
† 571—595 . . . . .	53	† 292—300 . . . . .	93. 145
593 . . . . .	157	† 301—354 . . . . .	93. 126. 144
† 811—855 . . . . .	56. 132	331 . . . . .	158
830 . . . . .	153	† 676—689 . . . . .	27
866—870 . . . . .	57	1018—1066 . . . . .	26
878 . . . . .	120	1287 . . . . .	153
882 . . . . .	57	† 1710—1757 . . . . .	27. 127
1141—1150 . . . . .	13	Suppl. 41—70 . . . . .	34
Ion. 121 . . . . .	113	† 71—86 . . . . .	9
† 492—509 . . . . .	38	71 . . . . .	111
676—724 . . . . .	76	365 . . . . .	111
687 . . . . .	156	373—380 . . . . .	15
† 763—799 . . . . .	78	373. 602. 617. 783 . . . . .	112
† 1229—1243 . . . . .	40	616—633 . . . . .	10
† 1441—1509 . . . . .	81. 123. 154	778—823 . . . . .	12
1471 . . . . .	159	† 824—836 . . . . .	11
Iph. Aul. † 205—230 . . . . .	48	918—924 . . . . .	13
276—302 . . . . .	30	971—979 . . . . .	38
1475 . . . . .	154	1123—1164 . . . . .	121
Iph. Taur. 399 . . . . .	113	Troad. † 235—291 . . . . .	84
642—656 . . . . .	88. 158	281 . . . . .	155
827—899 . . . . .	118. 125	† 308—340 . . . . .	124
Med. 204—212 . . . . .	8	551—576 . . . . .	14. 20. 24
1271 . . . . .	130	577—594 . . . . .	16
Or. 316—347 . . . . .	150	1085 . . . . .	113
338—344 . . . . .	35. 55. 85	† 1216—1239 . . . . .	87
† 831—843 . . . . .	47	1311 . . . . .	125
960. 986 . . . . .	128		

**Dissertationes philologicae Halenses:**

- Vol. VII. 1886. 396 S. *№ 10,—*  
 Inhalt: Paulus Graetzel, De pactionum inter graecas civitates factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus formulis, ratione. — Adolfus Brinck, Inscriptiones graecae ad choregiam pertinentes. — Eduardus Roellig, De codicibus Strabonianis, qui libros I—IX continent.
- Vol. VIII. 1887. 292 S. *№ 7,—*  
 Inhalt: P. Roellig, Quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat. — Augustus Nebe, De mysteriorum eleusiniorum tempore et administratione publica. — G. Kalkoff, De codicibus epitomes Harpocrateae. — Ernestus Herforth, De dialecto cretica.
- Vol. IX. 1888. 312 S. *№ 8,—*  
 Inhalt: Guilelmus Reinecke, De scholiis Callimacheis. — Ioannes Rosenboom, Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione. — Wolframus Kausche, Mythologumena Aeschylea.
- Vol. X. 1889. 306 S. *№ 8,—*  
 Inhalt: O. Liermann, Analecta epigraphica et agonistica. — G. Keil, De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.
- Vol. XI. 1890. 402 S. *№ 9,—*  
 Inhalt: Aug. Hildebrand, De verbis et intransitive et causative apud Homerum usurpatis. — Hermannus Pusch, Quaestiones Zenodoteae. — Guilelmus Meiners, Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes.
- Vol. XII. pars I. 1891. Pag. 1—176. *№ 4,80*  
 Inhalt: Ricardus Walther, De Apollonii Rhodii Argonauticorum rebus geographicis. — Hubertus Schmidt, Observationes archaeologicae in carmina Hesiodae.
- — pars II. 1894. Pag. 177—387. *№ 5,20*  
 Inhalt: Arthurus Gerstenhauer, De Alcaei et Sapphonis copia vocabulorum. — Henricus Anz, Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita.
- Vol. XIII. pars I. 1895. Pag. 1—104. *№ 2,80*  
 Inhalt: Bruno Kaiser, Quaestiones de elocutione Demosthenica.
- — pars II. Pag. 105—160. *№ 2,—*  
 Inhalt: G. Haupt, Commentationes archaeologicae in Aeschylum. Cum 3 tabulis.
- — pars III. 1896. Pag. 161—216. *№ 1,60*  
 Inhalt: Harro Wulf, De fabellis cum collegii septem sapientium memoria conjunctis quaestiones criticae.
- — pars IV. 1897. Pag. 217—294. *№ 2,—*  
 Inhalt: Conradus Haym, De puerorum in re scaenica graecorum partibus.
- Vol. XIV. pars I. 1898. Pag. 1—116. *№ 2,80*  
 Inhalt: Henricus Reinhold, De graecitate patrum apostolicorum librorumque apocryphorum novi testamenti quaestiones grammaticae.
- — pars II. 1898. Pag. 117—186. *№ 1,60*  
 Inhalt: Georgius Schwandke, De Aristophanis nubibus prioribus.
- — pars III. 1900. Pag. 187—284. *№ 2,40*  
 Inhalt: Gustavus Körtge, In Suetonii de viris illustribus libros inquisitionum capita tria.

**Dissertationes philologicae Halenses:**

- Vol. XIV. pars IV. 1901. Pag. 285—415. *№ 2,—*  
 Inhalt: Rudolfus Ritter, De Varrone Vergilii in narrandi  
 urbium populorumque Italiae originibus auctore.
- Vol. XV. pars I. 1901. Pag. 1—104. *№ 3,—*  
 Inhalt: Ernestus Lippelt, Quae fuerint Justini Martyri  
 ἀπομνημονεύματα quaque ratione cum forma evangeliorum syro  
 latina cohaeserint.
- — pars II. 1903. Pag. 105—184. *№ 2,—*  
 Inhalt: Henriens Trueber, De hymno in Venerem Homeric
- — pars III. 1903. Pag. 185—304. *№ 3,—*  
 Inhalt: Rudolfus Ebeling, De tragicorum poetarum graec  
 orum canticis solutis.
- — pars IV. 1905. Pag. 305—466. *№ 4,—*  
 Inhalt: Richardus Lohmann, Nova studia Euripidea.
- Vol. XVI. pars I. 1902. Pag. 1—88. *№ 2,4*  
 Inhalt: Seth K. Gifford, Pauli epistolas qua forma leger  
 Joannes Chrysostomus.
- — pars II. 1904. Pag. 89— *№ 4,—*  
 Inhalt: Eduardus Turner, Quaestionis criticae in Platon  
 lachetem. — Leopoldus Sadée, De Boeotiae titulorum dialect

**Genethliacon Gottingense.** Miscellanea philologica in honorem seminar  
 regii philologici Gottingensis scripserunt philologi Gottingens  
 XXIV. 1888. gr. 8. 188 S. Mit 3 Tafeln. *№ 7,—*

Inhalt: E. Bruhn, Ad Plutarchi moralia. — O. Guenther, Va  
 arum lectionum capitula duo. — G. Wentzel, De duobus locis Cal  
 macheis. — E. Sonne, Ad Aristotelis quae feruntur Oeconomicoru  
 librum II. — E. Bethe, Ramenta mythographa. — P. Vierec  
 De titulo Cretensi C. J. G. II add. 2561 b. — R. Ausfeld, Platon  
 — A. Reuter, Oeconomici Xenophontei cod. Guelferbytanum  
 19 Aug. denuo contulit. — J. Petersen, Arrianea. — A  
 Badstuebner, Coniectanea Annaeana. — L. Weber, De Plutare  
 Alexandri Magni laudatore. — F. Hahne, Ad Demetrium rhetore  
 — W. Passow, De Eratosthenis aetate. — O. Kern, De Triptolei  
 aratore. — G. Stock, De recensenda Ciceronis oratione quam hab  
 cum senatui gratias egit. — J. Graeven, Tres picturae Pompeian  
 — G. Wentzel, Analecta Faustiana. — Epiphylides.

(Barnabas), Brief an die Hebräer. Text mit Angabe der Rhyth  
 herausgegeben von Friedrich Blass. 1903. 8. 53 S. *№ 1,*

Blafs, Friedrich, Die Interpolationen in der Odyssee. Eine Unt  
 suchung. 1904. 8. *№ 8,*

Wecklein, N., Studien zur Ilias. 1905. 8. *№ 1,*



PA  
3978  
L64

Lohmann, Richard  
Nova studia Euripidea

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

